

7 1/2 Rg

Empfehlung.

Alle in den hiesigen Lehranstalten eingeführten

SCHULBÜCHER,

Atlanten etc. sind stets in den neuesten Ausgaben und in  
dauerhaften Einbänden. ebenso Reisszeuge, Zeichnen-  
u. Schreib-Materialien zu den billigsten Preisen in  
meiner Buchhandlung zu haben.

CREFELD.

Gustav Kühler.

6  
27

M

mil Ber

Car

# Lateinisches MEMORIBUCH

aus

CICERO'S LAELIUS  
und lateinischen Dichtern  
in vier Cursen

mit Berücksichtigung der Ruthardt'schen Methode und fortlaufenden  
Hinweisungen auf Siberti's und Zumpt's Grammatik

von

**Dr. J. W. Steiner,**

Oberlehrer an dem königlichen Gymnasium zu Kreuznach.

---

Longum iter est per praecepta,  
breve et efficax per exempla.

Seneca, epist. 6.

---

COBLENZ,

bei KARL BÄDEKER.

1844.

# MEMORIEBUCH

GEHEGENS AURICULARE

DICTIONARIA BIBLICA

ALIUS CICERO

*Exercenda est etiam memoria ediscendis  
ad verbum quam plurimis scriptis.*

CIC. DE ORAT. I, 34.

---

Coblenz,

gedruckt bei Ph. Werle.

---

**D**as vorliegende lateinische Memoribuch zerfällt in einen prosaischen und einen poetischen Theil, und jeder Theil wieder in vier Curse, die vom Einfachen und Leichteren zum Zusammengesetzten und Schwereren stufenweise fortschreiten.

Der prosaische Theil unterscheidet sich von den neuerdings herausgegebenen ähnlichen Sammlungen zunächst und wesentlich dadurch, dass der Stoff nicht aus mehreren verschiedenartigen Schriften Cicero's musivisch zusammengesetzt, sondern eine einzige Schrift für alle Bildungsstufen zu Grunde gelegt wird. Es ist dies ganz im Sinne der Ruthardt'schen Methode, die überall auf Sammlung und Concentrirung dringt, durch welche nicht nur das Gedächtniss des Lernenden unterstützt, sondern auch der Character gestärkt und gestählt und der Zerstreitung und Zerfahrenheit entwöhnt werden soll. Unter allen Ciceronischen Schriften schien mir aber bei näherer Prüfung keine mehr geeignet zu sein, einen solchen festen Halt- und Mittelpunct für den lateinischen Unterricht abzugeben, als die Abhandlung von der Freundschaft. Ihr Gegenstand gehört keinem besonderen Volke, keiner Zeit, keinem Lebensalter ausschliesslich an: er ist reinmenschlich und ewig, und schon dem Geiste und Herzen des Knaben und des Jünglings verständlich und gegenwärtig. Die Darstellung ist nicht streng systematisch, aber meistens einfach und klar, und voll körniger Sentenzen, die zum Memoriren gleichsam einladen. Der dargebotene Stoff ist so mässig, dass er das Gedächtniss der Lehrenden und der Lernenden nicht abschreckt, und doch wieder so reich, dass in diesen 27 Capiteln fast alle Regeln der Grammatik zur Sprache kommen, und zwar nach unserm Plane\*) auf folgende Weise.

Der erste für die Quinta eines preussischen Gymnasiums bestimmte Cursus enthält einfache Sätze aus Cicero's Laelius\*\*), die sich alle auf die Casuslehre beziehen, deren Regeln vorschreift-

\*) Dieser Plan ist bereits in der Mitte des vorigen Jahres dem Königl. Provinzial-Schul-Collegium zu Coblenz vorgelegt worden, und von demselben für unser Gymnasium gut geheissen.

\*\*) Ueberall habe ich den Text der Orelli'schen Gesamtausgabe zu Grunde gelegt.

mässig erst in der nächstfolgenden Klasse gelehrt werden. So bringt denn der Quintaner, welcher sich durch fortgesetzte Uebung jene Sätze ganz angeeignet hat, für die grammatische Theorie in Quarta einen practisch-concreten Stoff mit hinüber, wie es die Ruthardt'sche Methode verlangt. Die ausgehobenen Sätze schlies- sen sich an die Zumpt'sche\*) und an die für die unteren und mittleren Gymnasialklassen in der Rheinprovinz vorgeschriebene Siberti'sche\*\*) Grammatik an, und sind nach den Paragraphen der letzteren geordnet. Für diejenigen Lehrer, welche diesen ersten und den zweiten Cursus zugleich als Beispielsammlung zu den genannten Grammatiken benutzen wollen, sind kleiner gedruckte Sätze aus anderen Ciceronischen Schriften als Ergänzung beifügt worden, wenn sich für eine wichtigere Regel kein abgerundetes \*\*\*) memorirbares Beispiel im Laelius vorsand.

Der zweite Cursus für Quarta liefert in derselben Weise Sätze des Laelius für die weiteren Regeln der Grammatik von der Casuslehre an bis zur Syntaxis ornata, welche Regeln als solche erst in der nächstfolgenden Tertia vorgetragen werden, nach Ruthardt's Methode aber vorläufig schon dem Quartaner in concreto zur Anschauung gebracht werden sollen. In den Sätzen des zweiten Cursus kommen übrigens alle Sätze des ersten Cursus wieder vor, nur unter einem anderen grammatischen Gesichtspunkte und in der Regel erweitert. Ebenso ist der ganze zweite Cursus wieder in dem dritten, und der ganze dritte in dem vierten mit eingeschlossen, wie kleinere Schachteln in einer grösseren. Ohne diese Einrichtung würde man vor Einübung eines neuen Pensums jedesmal durch eine besondere Wiederholung des Pensums der vorhergehenden Klasse gestört und aufgehalten werden.

Der dritte für Tertia bestimmte Cursus enthält unter besonderen Ueberschriften grössere Abschnitte des Laelius, der vierte für Secunda den ganzen Laelius. Für den ersten Anfang erscheinen

\*) achte Auflage. Erst im vierten Cursus konnte auch die neunte Auflage berücksichtigt werden, Berlin 1844.

\*\*) dritte Auflage, Bonn 1843.

\*\*\*) Der Abrundung wegen sind in den Textworten bisweilen leichte Abänderungen vorgenommen, und durch Cursivschrift angedeutet worden z. B. Nro. 9, wo statt *eos* aus dem Zusammenhange *mortuus* ergänzt ist. Im dritten und vierten Cursus, wo solche Sätze in ihrem natürlichen Zusammenhange erscheinen, fallen dergleichen Veränderungen von selbst wieder weg.

diese Pensa etwas gross und schwer zu bewältigen. Aber diese Schwierigkeit hört auf, wenn späterhin alle Curse lebendig ineinandergreifen und der Tertianer schon den halben Laelius nach Secunda im Kopfe mitbringt.

Wie im ersten und zweiten Cursus sich der Laelius an die Grammatik, so schliesst sich im dritten und vierten die Grammatik an den Laelius an durch fortlauende Citate unter dem Texte, wo vorzugsweise solche Regeln berücksichtigt worden sind, für die sich in den beiden vorhergehenden Cursen keine abgerundete Beispiele ausheben liessen. Namentlich ist hier, besonders für den vierten Cursus, Zumpt's reiche Syntaxis ornata ausgebeutet worden\*). Auch schien es zweckmässig, unter dem Texte des vierten Cursus diejenigen Varianten anzuführen, welche zur Besprechung und wiederholten Einübung gewisser grammatischen Regeln Anlass geben.

Wer auf diese Weise in einem Zeitraum von fünf bis sechs Jahren alle vier Curse sich tüchtig eingeprägt und eingewöhnt hat, der bringt den ganzen, sprachlich durchgearbeiteten Laelius als geistiges Eigenthum mit nach Prima, statt dass er nach der bisherigen sporadisch-desultorischen Memorirmethode einzelne Trümmer aus verschiedenen lateinischen Autoren, mehr in futuram obli- vionem als in futurum usum, hinüberrettete. Man mag also über den vielbesprochenen Ruthardtianismus urtheilen wie man will — Zeit und Erfahrung sollen hier noch entscheiden\*\*) — jedenfalls ist es ein Gewinn, wenn in Zukunft der Primaner oder Abiturient eine klassische Schrift des Alterthums ganz in succum et sanguinem aufgenommen hat und in Bezug auf sie mit Bias sich rühmen kann: Omnia mea mecum porto.

Mit gutem Vorbedacht haben wir eine kleine prosaische Schrift von nur 27 Capiteln zu Grunde gelegt, um auch daneben für das Memoriren und Einüben eines poetischen Stoffes Zeit und Kräfte zu erübrigen. Denn Poesie kann und soll von Memorirübungen nimmermehr ausgeschlossen werden, da sie ganz vorzüglich dem Gedächtnisse wie dem Herzen der Jugend sich einzuschmeicheln fähig

\*) In dem vierten für Secunda bestimmten Cursus hören die Citate aus Siberti's Grammatik auf, weil diese nur bis Tertia ausgearbeitet worden ist.

\*\*) Der Director unseres Gymnasiums Herr Dr. Moritz Axt wird nächstens in dem Museum des Rheinisch-Westphälischen Schulmännervereins die Ruthardtsche Methode gegen neuere Angriffe in Schutz nehmen.

und würdig ist. Wie schwer lernen wir in allen Sprachen einen prosaischen Satz auswendig; wie leicht fliegt ein Vers uns an! Diesen Wink der Natur beachtend, wollen wir neben den vier prosaischen Cursen gleichzeitig vier ihnen parallel laufende poetische Curse einüben lassen und zwar in folgender Weise:

Der erste und zweite poetische, für die Quinta und Quarta bestimmte Cursus besteht meistens aus einzelnen, nicht zu schweren lateinischen Versen, am liebsten solchen, die wegen der inwohnenden practischen Weisheit wie Sprichwörter im Munde fast aller Gebildeten leben z. B. *Principiū obsta! Medio tutissimus ibis.* *Male parta male dilabuntur.* *Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.* Die Verse dieser beiden ersten Curse dienen zugleich als Beleg der grammatischen Regeln, zu welchen die darüberstehenden prosaischen Beispiele gehören, und können diese letzteren öfters ergänzen, z. B. p. 2 zur Lehre vom Accusativ die Verse Nr. 13—18, welche dem Quintaner nicht viel schwieriger vorkommen werden als die zugehörigen prosaischen Sätze. Sollten aber auch manche Verse für den ersten Anblick zu schwierig erscheinen, so muss man bedenken, dass dieselben nach Ruthardt's Methode nicht aus dem Stegreif übersetzt, sondern wiederholt betrachtet, zergliedert und durchgearbeitet werden sollen, und durch diese geistige Gymnastik zuletzt leicht und geiststärkend werden.

Der dritte poetische Cursus bietet für Tertia grössere Abschnitte aus Ovid, als dem Hauptdichter dieser Klasse, der vierte für Secunda aus eben diesem Grunde grössere Abschnitte des Virgil, und zwar sind, um den Gesichtskreis der Schüler zu erweitern, bei der Auswahl vorzugsweise diejenigen Gedichte berücksichtigt, welche auf der Schule weniger gelesen werden. In den Citaten und Varianten, welche hier auf dieselbe Weise wie bei den entsprechenden prosaischen Cursen unter dem Texte angebracht worden sind, wollten wir namentlich auf die Eigenthümlichkeiten der poetischen Syntax aufmerksam machen, aber leider liess uns die für die Prosa so überaus reiche und gediegene Zumpt'sche Grammatik hier oft im Stich, andere Bücher aber mochten wir aus Consequenz und weil sie dem Schüler kaum zugänglich waren, nicht citiren.

Ueber das Metrum in unserer poetischen Anthologie bemerkten wir hier für den Anfänger im Allgemeinen, dass die Verse des

Eunius, Terenz, Publius Syrus \*), Seneca, wo nicht das Gegentheil angegeben ist, jambisch zu lesen sind (vergl. Zumpt's Gramm. §. 835), die des Virgil, Properz, Ovid, Juvenal, Martial\*\*) und der Horaz'ischen Satiren und Episteln dactylysch (Hexam. oder Pent. vgl. Zumpt §. 841). Alles Uebrige lese man vorläufig wie Prosa; so die Stellen aus den Oden des Horaz.

Der Anhang lateinischer Sprichwörter wird denjenigen eine willkommene Zugabe sein, welche aus Erfahrung wissen, wie gerne reifere Schüler der oberen Klassen dergleichen vernehmen und anwenden. Wo für ein lateinisches Sprichwort kein entsprechendes allgemeingültiges in deutscher Sprache zur Hand war, musste eine ungefährre Uebersetzung genügen. Auf den Rath eines Freundes habe ich auch, soweit es sich thun liess, die Gewährsmänner angeführt, bei welchen die lateinischen Worte vorkommen, obschon ich recht gut weiss, dass sie dort nicht immer schon sprichwörtliche Farbe und Geltung haben.

Einen besonderen fünften Cursus für die Prima beizufügen konnte ich mich nicht entschliessen, da nach meinem Dafürhalten Schüler und Lehrer dieser Klasse vollauf zu thun haben werden, die vorhergehenden Curse, welche für sich ein geschlossenes Ganze bilden, durch fleissige Wiederholung und Anwendung dem Geiste gegenwärtig und lebendig zu erhalten, und daneben die schönsten Oden des Horaz, als des Hauptdichters dieser Bildungsstufe, sich einzuprägen. Diese Oden aber hier abdrucken zu lassen, wäre ein höchst überflüssiges Werk gewesen, da jeder Lehrer sie leicht auswählen kann, und jeder Schüler sie in Händen hat.

So übergebe ich denn dieses Büchlein, welches mehr Arbeit und Ueberlegung gekostet hat als man ihm auf den ersten Blick ansieht, vertrauensvoll denjenigen praktischen Schulmännern, die lieber gewissenhaft prüfen als vornehm absprechen. Auch jenen Lehranstalten, welche die Ruthardt'sche Methode nicht adoptiren, wird unser Memorirbuch von Nutzen sein können, theils als ergänzende Beispielsammlung zur Schulgrammatik, wo dann der erste Cursus nicht nach Quinta, sondern nach Quarta, der zweite nach Tertia fallen würde, theils als poetische Blumenlese und Hülfsbuch

\*) nach der Leydener Sentenzensammlung von 1708.

\*\*) auch pag. 14 cf. Zumpt §. 860.

zu Versübungen. Auch lassen sich die Sentenzen und Sprichwörter vielfach als Themata für lateinische und deutsche Aufsätze benutzen. Ausserdem kann man den vierten prosaischen Cursus als eine vollständige Schulausgabe des Laelius zum Uebersetzen gebrauchen, wo die Citate aus der Grammatik und die Beurtheilung der Varianten zur Weckung und Belebung des häuslichen Fleisses und Nachdenkens gute Dienste leisten werden. Ich wundere mich, dass man nicht schon längst solche Schulausgaben der Römer und Griechen angelegt hat, die statt des beliebten Notenschwalls unter dem Texte nichts weiter enthalten als grammatische Citate und Varianten und dazwischen neugierige Fragen als Geisteswecker.

Kreuznach den 20ten August 1844.

**Steiner.**

- Uel  
Siberti  
1. Fortu  
2. Vera  
3. Maxi  
4. Et m  
5. Veru  
6. Histor  
7. Pompe  
8. Morti  
9. Justa  
10. Cerer  
11. Honos  
12. Si tu  
13. Cum  
et A  
14. Assen  
15. Tanta  
mus,  
16. Haec  
mus,  
17. Omni  
18. Num  
cum  
1) Sem  
2) Non  
3) Dul  
4) Forn  
5) Labo  
Impre  
Steine

## ERSTER CURSUS.

### Syntax.

#### Uebereinstimmung der Satzbestandtheile.

Siberti's Grammatik cap. 78, 79, 80. Zumpt cap. 69.

1. Fortuna caeca est. *Cic. Lael.* §. 54<sup>1</sup>).
2. Verae amicitiae sempiternae sunt. §. 32.
3. Maxima est vis vetustatis et consuetudinis. 68<sup>2</sup>).
4. Et monere et moneri proprium est verae amicitiae. 91<sup>3</sup>).
5. *Verus amicus* est tamquam alter idem. 80<sup>4</sup>).
6. Historia est nuntia vetustatis. *Cic. Or.* 2. §. 36.
7. Pompeius, Scipio, Afranius foede perierunt. *Fam.* 9, 18.
8. *Mortuos* honos, memoria, desiderium prosecuitur amicorum. 23.
9. *Justitiae* sunt adiunctae pietas, bonitas, liberalitas, benignitas. *Fin.* 5, 65.
10. Cerere nati sunt Liber et Libera. *N. D.* 2, 62.
11. Honores, imperia, victoriae fortuita sunt. *Off.* 2, 20.
12. Si tu et Tullia valetis, ego et Cicero valemus. *Fam.* 14, 5.
13. Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho et Annibale. 28.
14. Assentatio, vitiorum adiutrix, procul amoveatur. 89.
15. Tanta vis probitatis est, ut eam vel in eis, quos nunquam vidi-  
mus, vel, quod maius est, in hoste etiam diligamus. 29.
16. Haec prima lex amicitiae sanciatur, ut ab amicis honesta petam-  
mus, amicorum causa honesta faciamus. 44.
17. Omnia praeclara rara. 79<sup>5</sup>).

### Anhang über die Fragesätze.

Siberti cap. 81. Zumpt cap. 76, 10.

18. Num, si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi  
cum Coriolano debuerunt? 36.

### Poetarum sententiae:

- 1) Semper avarus eget. *Hor. Ep.* 1, 2, 56.
- 2) Nunquam secura est prava conscientia. *Publius Syrus.*
- 3) Dulce et decorum est pro patria mori. *Hor. Od.* 3, 2, 13.
- 4) Formosa facies muta commendatio est. *Publ. Syr.*
- 5) Labor omnia vincit  
Improbis. *Virg. Georg.* 1, 145.

19. Canis nonne similis lupo? *N. D.* 1, 97.
20. Virtus suam propter dignitatem, an propter fructus aliquos expeditur? *Or.* 3, 112.
21. Quis eum diligit, quem metuat? 53.
22. Quis est, qui Tarquinium Superbum non oderit? 28.

## Vom Gebrauche der Casus.

### Vom Nominativus.

Siberti cap. 82. Zumpt cap. 70.

23. Res humanae fragiles caducaeque sunt. 102<sup>6</sup>).
24. Ex omnibus seculis vix tria aut quattuor nominantur paria amicorum. 15.
25. Non aqua, non igni, ut aiunt, pluribus locis ultimur, quam amicitia. 22. (*Sib.* §. 409).
26. Si exemeris ex rerum natura benevolentiae coniunctionem, nec domus ulla nec urbs stare poterit. 23<sup>8</sup>).
27. Amicitiae vis *est* in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus. 92.
28. *Scipio* consulatum petuit nunquam, factus est consul bis. 11.
29. *Socrates* Apollinis oraculo sapientissimus est iudicatus. 13.
30. Vita inculta et deserta ab amicis non *potest* esse iucunda. 55.
31. Omnia brevia tolerabilia esse debent, etiam si magna sunt. 104.
32. Virtute non tam multi praediti esse, quam videri volunt. 98.

### Vom Accusativus.

Siberti cap. 83. Zumpt cap. 71.

33. Maximum ornamentum amicitiae tollit, qui ex ea tollit verecundiam. 82<sup>9</sup>).
34. Si curam fugimus, virtus fugienda est. 47.
35. Dispares mores disparia studia sequuntur. 74<sup>12</sup>).

- 
- 6) *Est* vita misero longa, felici brevis. *P. Syr.*
  - 7) Nihil est ab omni  
Parte beatum. *Hor. Od.* 2, 16, 27.
  - 8) Amicus certus in re incerta cernitur. *Ennius apud Cic. Lael.* 64.
  - 9) Obsequium amicos, veritas odium parit. *Terentius. Cic. Lael.* 89.
  - 10) Puras Deus, non plenas adspicit manus. *P. Syr.*
  - 11) Poenam moratur improbus, non praeterit. *P. Syr.*
  - 12) Sequitur superbos ulti a tergo Deus. *Sen. Herc. fur.* 384.
  - 13) Audentes Fortuna iuvat. *Virg. Aen.* 10, 284.
  - 14) Mors sua quemque manet. *Propert.* 2, 21, 58.
  - 15) Geminat peccatum, quem delicti non pudet. *P. Syr.*
  - 16) Quem poenitet peccasse, paene est innocens. *Sen. Agam.* 241.
  - 17) Candida pax homines, trux decet ira feras. *Ovid. Art.* 3, 502.
  - 18) Visu carentem magna pars veri latet. *Sen. Oed.* 295.

36. Illud te et oro et hortor, ut in extrema parte negotii tui diligentissimus sis.  
*Q. Fr. 1, 1, 16<sup>19</sup>.*
37. *Socratem* Apollo sapientissimum iudicavit. 10.
38. Et secundas res splendidiores facit amicitia et adversas leviores.  
*22<sup>20</sup>.*
39. Non solum ipsa Fortuna caeca est, sed eos etiam plerumque ef-  
ficit caecos, quos complexa est. 54.
40. A recta conscientia traversum unguem non oportet discedere. *Attic. 13, 20<sup>22</sup>.*
41. *Ti. Gracchus* regnum occupare conatus est, vel regnavit is qui-  
dem paucos menses. 41.
42. Demaratus, Tarquinii regis pater, fugit Tarquinios Corintho. *Tusc. 5, 109.*
43. Dionysius tyranus, Syracusis expulsus, Corinthi pueros docebat. *Tusc. 3, 27.*
44. *Scipio*, senatu dimisso, domum reductus ad vesperum est a po-  
pulo Romano pridie quam excessit e vita. 12.
45. O fallacem hominum spem fragilemque fortunam! *Or. 3, 7.*
46. *Caritas*, quae est inter natos et parentes, dirimi nisi detestabili  
scelere non potest. 27<sup>23</sup>.

**Vom Dativus.**

**Siberti cap. 84. Zumpt cap. 72.**

47. Improbis poena statuenda est. 42<sup>24</sup>).
48. Tu tibi persuade, praeter culpam ac peccatum homini accidere nihil posse  
quod sit horibile aut pertimescendum. *Fam. 5, 21.*
49. Boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt. 74.

- 
- 19) Quid non mortalia pectora cogis,  
Auri sacra fames! *Virg. A. 3, 56.*
- 20) Fortuna nimium quem sovet, stultum facit. *P. Syr.*
- 21) Nec census nec clarum nomen avorum,  
Sed probitas magnos ingeniumque facit. *O. Pont. 1, 9, 39.*
- 22) Sulmo mihi patria est gelidis uberrimus undis,  
Milia qui novies distat ab Urbe decem. *Ovidius. (Trist. 4, 10, 3.)*
- 23) Ante obitum nemo supremaque funera felix. *O. Met. 3, 137.*
- 24) Iliacos intra muros peccatur et extra. *H. Epist. 1, 2, 16.*
- 25) Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.  
Sic vos non vobis nidificatis aves.  
Sic vos non vobis vellera fertis oves.  
Sic vos non vobis mellificatis apes.  
Sic vos non vobis fertis aratra boves.  
*Virgilii in Anthol. lat. 88. ed. Meyer.*
- 26) Cuivis dolori remedium est patientia. *P. Syr.*
- 27) Dat veniam corvis, vexat censura columbas. *Juv. 2, 63.*
- 28) Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter. *P. Syr.*
- 29) Felix est, non qui videtur esse aliis, sed qui sibi.  
*P. Syr. tetr. troch.*

50. Ego vos *hortor*, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis; nihil est enim tam naturae aptum, tam conveniens ad res vel secundas vel adversas. 17.
51. Par est, primum ipsum esse virum bonum, tum alterum similem sui quaerere. 82. (cf. Nr. 19).
52. Probus invidet nemini. *Univ.* 3<sup>30</sup>.
53. Medico diligenti non solum morbus eius, cui mederi volet, sed etiam consuetudo valentis, et natura corporis cognoscenda est. *Or.* 2, 186.
54. Non universo generi hominum solum, sed etiam singulis a diis immortalibus consuli et provideri solet. *N. D.* 2, 164.
55. Virtuti opera danda est. 84.
56. Ubi istum invenias, qui honorem amici anteponat suo? 64.
57. Nullo casu arbitror hoc constanti homini posse contingere, ut ulla intermissio fiat officii. 8.
58. Hoc praestat amicilia propinquitati, quod ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicitia non potest. 19<sup>33</sup>.
59. Male rem gerentibus patribus bonis interdici solet. *De Sen.* 22<sup>35</sup>.
60. Mihi non minori curae est, qualis res publica post mortem meam futura sit, quam qualis hodie sit. 43.

### Vom Genitivus.

Siberti cap. 85. Zumpt cap. 73.

61. Non tam utilitas parta per amicum, quam amici amor ipse delectat. 51<sup>38</sup>.
62. Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaveris. 37.
63. Quam civitati carus fuerit *Scipio*, maerore funeris indicatum est. 11.
64. Est amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate summa consensio. 20.
65. Quam multa, quae nostra causā nunquam faceremus, facimus causa amicorum! 57.

- 
- 30) Ingratus unus omnibus miseris nocet. *P. Syr.*  
31) Perfer et obdura: dolor hic tibi proderit olim.  
Saepe tulit lassis succus amarus opem. *O. Am.* 3, 11, 7.  
32) Principibus placuisse viris non ultima laus est. *H. Epist.* 1, 17, 35.  
33) Principiis obsta! *O. Remed.* 91.  
34) Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis. *O. Pont.* 2, 9, 11.  
35) Artibus ingenuis quaesita est gloria multis. *O. Pont.* 2, 7, 47.  
36) Quot homines, tot sententiae: suus cuique mos. *Ter. Phorm.*  
2, 4, 14.  
37) Stat sua cuique dies, breve et irreparabile tempus  
Omnibus est vitae: sed famam extendere factis,  
Hoc virtutis opus. *Virg. A.* 10, 467.  
38) Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crevit. *Juv.* 14,  
139.

66. Verum amicum qui intuetur, tamquam exemplar aliquod intuetur sui. 23.
67. Esse deos ita perspicuum est, ut, id qui neget, vix eum sanae esse mentis existimem. *N. D.* 2, 44.
68. Omnium societatum nulla est gravior, nulla carior, quam ea, quae cum re publica est unicuique nostrum. *Off.* 1, 57.
69. Verum illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit. 67.
70. *Scipio* nihil difficilis esse dicebat, quam amicitiam usque ad extremum vitae permanere. 33.
71. *Tyranni* coluntur simulatione dumtaxat ad tempus. Quod si forte, ut sit plerumque, ceciderint, tum intelligitur, quam fuerint inopes amicorum. 53<sup>39</sup>).
72. *Romani* semper appetentes gloriae praeter ceteras gentes atque avidi laudis fuerunt. *Manil.* 7.
73. Est proprium stultitiae, aliorum vitia cernere, obivisci suorum. *Tusc.* 3, 73.
74. Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium, quae meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui consultit. 71<sup>41</sup>).
75. Aperte odisse magis ingenui est, quam fronte occultare sententiam. 65<sup>43</sup>).
76. Interest omnium recte facere. *Fin.* 2, 72.

### Vom Ablativus.

*Siberti* cap. 81. *Zumpt* cap. 74.

77. Quae domus tam stabilis, quae tam firma civitas est, quae non odiiis atque dissidiis funditus possit everti? 23<sup>44</sup>).
78. Semper aliqui anquirendi sunt, quos diligamus et a quibus diligamur. 102.
79. Amicitiam non spe mercēdis adducti, sed quod omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendam putamus. 31.
80. *Benevolentiam* civium blanditiis et assentando colligere turpe est. 61<sup>45</sup>).

39) Nescia mens hominum fati sortisque futurae. *Virg. A.* 10, 501.

40) Venturaē memores iam nunc estote senectae. *O. Art.* 3, 59.

41) Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem. *Plaut. Truc.* 2, 6, 8. tetr. troch.

42) Mos erat antiquus, niveis atrisque lapillis,  
His damnare reos, illis absolvere culpae. *O. Met.* 15, 41.

43) Infirmitati animi est, non posse divitias pati. *P. Syr.*

44) Poma dat auctumnus, formosa est messibus aestas;  
Ver praebet flores; igne levatur hiems. *O. Rem.* 187.

45) Expletur lacrimis egeriturque dolor. *O. Trist.* 4, 3, 38.

46) Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,  
Pectora mollescunt, asperitasque fugit. *O. Pont.* 1, 6, 7.

47) Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo. *O. Amor.* 3, 15, 7.

81. Aliter cum tyranno, aliter cum amico vivitur. 89<sup>48)</sup>.  
82. *Scipionis* vita talis fuit vel fortunā vel gloriā, ut nihil posset accedere. 12<sup>49)</sup>.  
83. Populi grati est, praemiis afficere bene meritos de re publica cives. *Mil.* 82<sup>50)</sup>.  
84. Nemo est, qui non eo *equo*, quo consuevit, libentius utatur, quam intractato et novo. 68.  
85. Digni sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligentur. 79.  
86. Quid tam absurdum, quam delectari multis inanibus rebus, ut honore, ut gloria, ut aedificio, ut vestitu cultuque corporis, animo autem virtute praedito non admodum delectari? 49.  
87. Multi divitias despiciunt, quos parvo contentos tenuis victus cultusque delectat. 86.  
88. Amicitia nullo loco excluditur. 22.  
89. Solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt. 47.  
90. *Themistocles* imperator bello Persico servitute Graeciam liberavit. 42.  
91. Hoc quidem videre licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari. 54.  
92. Virtus amicitiam et gignit et continet; nec sine virtute amicitia esse ullo pacto potest. 20<sup>51)</sup>.  
93. *Themistocles* fecit idem, quod viginti annis ante fecerat Coriolanus. 42.  

(„Uterque populi ingrati pulsus iniuria se ad hostes contulit.“ *Cic. Brut.* 42.).

94. *Mithridates* uno die, tota Asia, cives Romanos necandos trucidandosque denotavit. *Manil.* 7<sup>55)</sup>.  
95. Quis clarior in Graecia Themistocle? 42.  
96. Nihil est amabilius virtute. 28<sup>57)</sup>.  
97. Ut quisque maxime virtute et sapientia sic munitus est, ut nullo

- 
- 48) Parvo fames constat, magno fastidium. *P. Syr.*  
49) Quod caret alterna requie, durabile non est:  
Haec reparat vires, fessaque membra novat. *O. Her.* 4, 89.  
50) Quid tibi pecunia opus est, si ea uti non potes? *P. Syr.*  
51) Illi ītēr sēsē magnā vī brāchiā tollūnt. *Cyclōpes*, *Virg. A.* 8, 452.  
52) Quādrūpēdāntē pūtrēm sōnītū quātīt ūngūlā cāmpūm. *Virg. A.* 8, 596.  
53) Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas  
Regumque turres. *H. Od.* 1, 4, 13.  
54) Luxuriant animi rebus plerumque secundis;  
Nec facile est, aequa coīmoda mente pati. *O. Art.* 2, 437.  
55) Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis. *O. Fast.* 6, 771.  
56) Medio tutissimus ibis. *O. Met.* 2, 137.  
57) Nihil est annis velocius. *O. Met.* 10, 520.  
58) Vilius argentum est auro, virtutibus aurum. *H. epist.* 1, 1, 52.

- egeat suaque omnia in se ipso posita iudicet; ita in amicitiis expetendis colendisque maxime excellit. 30.
98. Optimi cuiusque animus in morte facililime *evolat* tamquam e custodia vinclisque corporis. 14.
99. Natura solitarum nihil amat, semperque ad aliquod tamquam adminiculum annitur: quod in amicissimo quoque dulcissimum est. 88.
100. Quid dulcius, quam habere, quicum omnia audeas sic loqui, ut tecum? 22<sup>60</sup>).
- 

- 59) Excelsis multo facilius casus nocet. *P. Syr.*  
 60) Nil sine magno  
*Vita labore dedit mortalibus. H. Sat. 1, 10, 59.*

## ZWEITER CURSUS.

### Vom Gebrauche der Tempora des Verbi.

#### Tempora der Gegenwart, Vergangenheit und Zukunft.

Siberti cap. 87, 88, 89. Zumpt cap. 76, 1—13.

1. *Verus amicus* est tamquam alter idem. *Cic. Lael.* §. 80<sup>1</sup>).
2. Verae amicitiae sempiternae sunt. §. 32.
3. Optimus cuiusque animus in morte facillime evolat tamquam ex custodia vincisque corporis. 14.
4. Aliter cum tyranno, aliter cum amico vivitur. 89.
5. Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho et Annibale: ab altero propter probitatem eius non nimis alienos animos habemus, alterum propter crudelitatem semper haec civitas oderit. 28<sup>4</sup>).
6. *Scipio* summam spem civium, quam de eo iam puero habuerant, continuo adolescens incredibili virtute superavit. Consulatum petit nunquam, factus est consul bis. 11.
7. Quem nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat? qui tum denique sibi avelli iubet spiculum, posteaquam ei percontanti dictum est, clipeum esse salvum. *Cic. Fam.* 5, 12, 5. (*Sib.* §. 550 et 553<sup>6</sup>).
8. *Scipio* nihil difficilis esse dicebat, quam amicitiam usque ad extremum vitae permanere. 33.
9. Ti. Gracchus regnum occupare conatus est, vel regnavit is qui-

- 
- 1) Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt. *Hor. Sat.* 1, 2, 24.
  - 2) Fata manent omnes: omnes exspectat avarus  
Portitor, et turbae vix satis una ratis.  
Tendimus huc omnes: metu properamus ad unam.  
Omnia sub leges mors vocat atra suas. *Ovid. Consol. ad Liv.* 357.
  - 3) Dimidium facti, qui coepit, habet: sapere aude. *H. Epist.* 1, 2, 40.
  - 4) Fuimus Troes; fuit Ilium. *Virg. Aen.* 2, 325.
  - 5) Crede mihi: bene qui latuit, bene vixit. *O. Trist.* 3, 4, 25.
  - 6) Dum petit infirmis nimium sublimia pennis  
Icarus, Icaris nomina fecit aquis. *O. Trist.* 1, 1, 89.

dem paucos menses. Num quid simile populus Romanus audierat aut viderat? 41.

10. Quis clarior in Graecia Themistocle? quis potentior? qui, quum imperator bello Persico servitute Graeciam liberasset propterque invidiam in exsilium isset, ingratae patriae iniuriam non tulit, quam ferre debuit: fecit idem, quod viginti annis ante fecerat Coriolanus. 42. cf. I. N. 93.
11. Homines benevolentia coniuncti *non* solum colent inter se ac diligent, sed etiam verebuntur. Nam maximum ornamentum amicitiae tollit, qui ex ea tollit verecundiam. 82<sup>7)</sup>.
12. Mihi non minori curae est, qualis res publica post mortem meam futura sit, quam qualis hodie sit. 43.
13. A natura mihi videtur potius, quam ab indigentia orta amicitia, applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quam cogitatione, quantum illa res utilitatis esset habitura. 27.
14. Si exemeris ex rerum natura benevolentiae coniunctionem, nec domus ulla nec urbs stare poterit; ne agri quidem cultus permanebit. 23<sup>9)</sup>.

### X. Consecutio Temporum.

Siberti cap. 90. Zumpt cap. 76; 13.

15. Quis est, qui Tarquinium Superbum non oderit? 28.
16. Omnia praeclara rara, nec quidquam difficilis quam reperire, quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. 79.
17. Ubi eos inveniemus, qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes amicitiae non anteponant? 63.
18. Sic mihi perspicere videor, ita natos esse nos, ut inter omnes esset societas quaedam. 19.
19. Cuius aures veritati clausae sunt, ut ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est. 90.
20. Quam civitati carus fuerit *Scipio*, maerore funeris indicatum est. 11.
21. *Tyranni* coluntur simulatione dumtaxat ad tempus. Quod si forte, ut fit plerumque, ceciderint; tum intelligitur, quam fuerint inopes amicorum. Quod Tarquinium dixisse ferunt, tum (exsulanter) se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, quum iam neutris gratiam referre posset. 53.

7) Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. *Hor. Art.* 139.

8) Quo semel est imbuta recens servabit odorem  
Testa diu. *H. Epist.* 1, 2, 69.

9) Donec eris felix, multos numerabis amicos:  
Tempora si fuerint nubila, solus eris. *O. Trist.* 1, 8, 5.

**Vom Gebrauche des Indicativus.**

Siberti cap. 91. a. Zumpt cap. 77.

22. Num, si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuerunt? 36. cf. Nr. 10.
23. Illud absurdum est, quod ii, qui monentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt; eam capiunt, qua debent vacare. Peccasse enim se non anguntur: obiurgari moleste ferunt; quod contra oportebat delicto dolere, correctione gaudere. 90<sup>10</sup>).
24. In amicitia nihil fictum, nihil simulatum; et, quidquid est, id et verum et voluntarium. 26<sup>11</sup>).
25. Mihi quidem Scipio, quamquam est subito ereptus, vivit tamen semperque vivet: virtutem enim amavi illius viri, quae extincta non est. 102. (Laelius loquitur).
26. Veniet tempus mortis, et quidem celeriter; et sive retractabis, sive properabis. *Tusc.* 1, 76.

**Vom Gebrauche des Conjunctions.**

Der Conjunctions unabhängig.

Siberti cap. 91. b. Zumpt cap. 78, 1 — 6.

27. Verae amicitiae difficillime reperiuntur in iis, qui in honoribus reque publica versantur. Ubi enim istum invenias, qui honorem amici anteponat suo? 64<sup>13</sup>).
28. Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaveris. 37<sup>15</sup>).
29. Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberet, qui illis aequa ac tu ipse gauderet? 22<sup>16</sup>).
30. Assentatio, vitiorum adiutrix, procul amoveatur. 89<sup>17</sup>).

10) Curando fieri quaedam maiora videmus

Vulnera, quae melius non tetigisse fuit. *O. Pont.* 3, 7, 25.

11) Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi. *H. epist.* 1, 2, 14.

12) Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit. *H. Epist.* 1, 2, 54.

13) Iniuriam facilius facias quam feras. *P. Syr.*

14) Nil ego contulerim iucundo sanus amico. *H. Sat.* 1, 5, 44.

15) Si, quoties homines peccant, sua fulmina mittat

Juppiter, exiguo tempore inermis erit. *O. Trist.* 2, 4, 33.

16) Hectora quis nosset, si felix Troia fuisse? *O. Trist.* 4, 3, 75.

17) Quemcunque miserum videris, hominem scias. *Sen. Herc. fur.* 462.

18) Naturam expellas furca, tamen usque recurret. *H. Epist.* 1, 10, 24.

19) Quod satis est cui contingit, nihil amplius optet. *H. Epist.* 1, 2, 46.

20) Sint procul a nobis iuvenes, ut femina, compti. *O. Her.* 4, 75.

31. Haec prima lex amicitiae sanciatur, ut ab amicis honesta petamus, amicorum causa honesta faciamus; ne exspectemus quidem, dum rogemur; studium semper adsit, cunctatio absit; consilium vero dare audeamus libere. 44.
32. Quid dicam de *Scipionis* moribus facillimis, de pietate in matrem, liberalitate in sorores, bonitate in suos, iustitia in omnes? Nota sunt vobis. 11.

Der Conjunctionivus abhängig von Conjunctionen.

Siberti cap. 92. Zumpt cap. 78, 6 und 10, 11, 12.

33. Ceterae res, quae expetuntur, opportunae sunt singulae rebus fere singulis: divitiae, ut utare; opes, ut colare; honores, ut laudere; voluptates, ut gaudeas; valetudo, ut dolore careas et muneribus fungare corporis. Amicitia res plurimas continet; quoquo te vertēris, praesto est; nullo loco excluditur, nunquam intempestiva, nunquam molesta est. Itaque non aqua, non igni, ut aiunt, pluribus locis utimur, quam amicitia. 22<sup>21</sup>).
34. Tanta vis probitatis est, ut eam vel in eis, quos nunquam vidimus, vel, quod maius est, in hoste etiam diligamus. 29<sup>22</sup>).
35. Bestiae ex se natos ita amant ad quoddam tempus et ab eis ita amantur, ut facile earum sensus appareat. Quod in homine multo est evidenter ex ea caritate, quae est inter natos et parentes, quae dirimi nisi detestabili scelere non potest. 27.
36. Quis est, pro deūm fidem atque hominum! qui velit, ut<sup>\*</sup>) neque diligat quemquam nec ipse ab ullo diligatur, circumfluere omnibus copiis atque in omnium rerum abundantia vivere? 52.
37. Plerique perverse, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt: quaeque ipsi non tribuunt amicis, haec ab eis desiderant. 82.
38. Ne sit summum malum dolor, malum certe est. *Tusc.* 2, 14<sup>23</sup>).
39. Improborum consensio non modo excusatione amicitiae tegenda non est, sed potius omni suppicio vindicanda, ut ne quis (sibi) concessum putet, amicum vel bellum patriae inferentem sequi. 43.
40. Non *vereor*, ne tua virtus opinioni hominum non respondeat. *Fam.* 2, 5.
41. Omnes labores te excipere video: timeo, ut sustineas. *Fam.* 14, 2.
42. Obducuntur libro aut cortice trunci, quo sint a frigoribus et a caloribus tutiores. *N. D.* 2, 120.
43. Nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te litterarum dare: non quo haberem magno opere, quid scriberem; sed ut loquērer tecum absens. *Attic.* 7, 15.

<sup>\*</sup>) *ut* = ita *ut*, ea conditione *ut*.

21) Ut ameris, ama! *Mart.* 6, 11.

22) Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit. *H. Ep.* 4, 1, 39.

23) Ut desint vires, tamen est laudanda voluntas. *O. Pont.* 3, 4, 79.

44. Quis dubitet, quin in virtute divitiae sint? *Parad.* 6, 48.  
45. Non deterret sapientem mors, quo minus in omne tempus rei publicae suisque consulat. *Tusc.* 1, 91.  
46. Utinam, Cn. Pompei, cum C. Caesare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremises! *Phil.* 2, 24<sup>24)</sup>.  
47. Fabā Pythagorei abstinent, quasi vero eo cibo mens, non venter, infletur. *Div.* 2, 119.  
48. Sit summa in iure dicundo severitas, dummodo ea ne varietur gratia, sed conservetur aequabilis. *Q. Fr.* 1, 1, 20.  
49. Assentatio, quamvis perniciosa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei, qui eam recipit atque in ea delectatur. 97<sup>25)</sup>.  
50. In omnibus negotiis prius, quam aggrediare, adhibenda est praeparatio diligens. *Off.* 1, 73.  
51. Nihil est amabilius virtute; nihil, quod magis alliciat ad diligendum: quippe quum propter virtutem et probitatem eos etiam, quos nunquam vidimus, quodam modo diligamus. 28<sup>27)</sup>.  
52. Nulla est haec amicitia, quum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus est. 98. (*Sib.* §. 616)<sup>28)</sup>.  
53. Hoc vere licet dicere, P. Scipioni ex multis diebus, quos in vita celeberrimos lactissimosque viderit, illum diem clarissimum fuisse, quum, senatu dimisso, domum reductus ad vesperum est a patribus conscriptis, populo Romano, sociis et Latinis, pridie quam excessit e vita: ut ex tam alto dignitatis gradu ad superos videatur deos potius, quam ad inferos pervenisse. 12.

Der Conjunctions bei Fragewörtern und beim Pronomen relativum.

Siberti cap. 93 und 94. Zumpt cap. 78, 8 und 9.

54. Exsistit quaedam quaestio subdifficilis: num quando amici novi, digni amicitia, veteribus sint anteponendi, ut equis vetulis teneros anteponere solemus? Indigna homine dubitatio! Non enim amicitiarum debent esse, sicut aliarum rerum, satietates. 67.  
55. Est amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate summa consensio: qua quidem haud scio an, excepta sapientia, quidquam<sup>\*)</sup> melius homini sit a diis immortalibus datum. 20.

<sup>\*)</sup> al. *nihil melius* cf. Zumpt Gr. §. 721.

24) O mihi praeteritos referat si Juppiter annos! *Virg. A.* 8, 560.

25) Tota licet veteres exornent undique cerea  
Atria, nobilitas sola est atque unica virtus. *Juven.* 8, 19.

26) Dum vires annique sinunt tolerate labores:  
Jam veniet tacito curva senecta pede. *O. Art.* 2, 668.

27) Qui non vetat peccare, quum possit, iubet. *Sen. Tro.* 289.

28) Facile omnes, quum valemus, recta consilia aegrotis damus.  
*Ter. Andr.* 2, 1, 9. (tetr. troch.).

29) Pascitur in vivis Livor: post fata quiescit,  
Quum suus ex merito quemque tuetur honos. *O. Am.* 1, 15, 39.

56. Digni sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligentur. 79.
57. Quidam saepe in parva pecunia perspiciuntur quam sint leves; quidam, quos parva movere non potuit, cognoscuntur in magna. 63<sup>30</sup>).
58. Quanta vis amicitiae concordiaeque sit, ex dissensionibus atque discordiis percipi potest. Quae enim domus tam stabilis, quae tam firma civitas est, quae non odiis atque dissidiis funditus possit everti? ex quo, quantum boni sit in amicitia, iudicari potest. 23<sup>32</sup>).
59. Quis aut eum diligit, quem metuat, aut eum, a quo se metui putet? 53.
60. Qui potest esse vita vitalis, quae non in amici mutua benevolentia conquiescat? Quid dulcius quam habere, quicum omnia audeas sic loqui, ut tecum? 22.
61. Maxima est vis vetustatis et consuetudinis. — Nemo est, qui non eo *equo*, quo consuevit, libentius utatur, quam intractato et novo: nec vero in hoc, quod est animal, sed in iis etiam, quae sunt inanima, consuetudo valet: quum locis ipsis delectemur, montuosis et silvestribus, in quibus diutius comorati sumus. 68.
62. Multi divitias despiciunt, quos parvo contentos tenuis victus cultusque delectat; honores vero, quorum cupiditate quidam inflammantur, quam multi ita contemnunt, ut nihil inanius, nihil esse levius existimant! Itemque cetera, quae quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt qui pro nihilo putent. De amicitia omnes ad unum idem sentiunt: — sine amicitia vitam esse nullam. 86.
63. Alexander quum in Sigēo ad Achillis tumulum adstitisset, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris! *Arch.* 24.
64. *Homo* et se ipse diligit et alterum anquirit, cuius animum ita cum suo misceat, ut efficiat paene unum ex duobus. 81<sup>34</sup>).
65. Quum accepissemus a patribus, maxime memorabilem C. Laelii et P. Scipionis familiaritatem fuisse, idonea mihi Laelii persona visa est, quae de amicitia dissereret. 4.

- 
- 30) Sumite materiam vestris, qui scribitis, aequam  
Viribus, et versate diu, quid ferre recusent,  
Quid valeant humeri. *H. Art.* 38.
  - 31) Cernis, ut ignavum corrumpant otia corpus,  
Ut capiant vitium, ni moveantur, aquae. *O. Pont.* 1, 5, 5.
  - 32) Nulla tam bona est fortuna, de qua nil possis queri. *P. Syr.*  
(tetr. troch.).
  - 33) Maior sum quam cui possit Fortuna nocere. *Niobe apud Ovid.*  
*M.* 6, 195.
  - 34) Semper habe Pyladen, qui consoletur Orestem. *O. Remed.* 589.

**Vom Gebrauche des Imperativus.**

Siberti cap. 95. Zumpt cap. 79.

66. Hominem mortuum, inquit lex in duodecim *tabulis*, in urbe ne sepelito, neve urito. *Leg. 2, 58*<sup>35)</sup>.
67. Cave Catoni anteponas ne istum quidem ipsum, quem Apollo sapientissimum iudicavit: huius enim facta, illius dicta laudantur. *10*<sup>39)</sup>.

**Vom Gebrauche des Infinitivus.**

Siberti cap. 96. a. Zumpt cap. 80.

68. Et monere et moneri proprium est verae amicitiae, et alterum libere facere, non aspere, alterum patienter accipere, non repugnanter. *91*<sup>41)</sup>.
69. Quid tam absurdum, quam delectari multis inanibus rebus, ut honore, ut gloria, ut aedificio, ut vestitu cultuque corporis; animo autem virtute praedito, eo, qui vel amare, vel, ut ita dicam, redamare possit, non admodum delectari? Nihil est enim remuneratione benevolentiae, nihil vicissitudine studiorum officiorumque iucundius. *49*.
70. Quam multa, quae nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum! precari ab indigno, supplicare, tum acerbius in aliquem invēhi insectarique vehementius; quae in nostris rebus non satis honeste, in amicorum fiunt honestissime. *57*.
71. Virtus amicitiam et gignit et continet, nec sine virtute amicitia esse ullo pacto potest. *20*<sup>47)</sup>.

---

35) Vos exemplaria Graeca

Nocturna versate manu, versate diurna. *H. Art. 268.*

36) Ignoscito saepe alteri, nunquam tibi. *P. Syr.*

37) Tu ne cede malis; sed contra audentior ito. *Virg. A. 6, 95.*

38) Nulli impones, quod ipse ferre non queas. *P. Syr.*

39) Cave ne quidquam incipias, quod post poeniteat. *P. Syr.*

40) Cave amicum credas, nisi quem probaveris. *P. Syr.*

41) Non est vivere sed valere vita. *Mart. 6, 70.*

42) In magnis et voluisse sat est. *Propert. 2, 8, 10.*

43) Virtus est vitium fugere, et sapientia prima  
Stultitia caruisse. *H. epist. 1, 1, 41.*

44) Tam malum est habere nummos, non habere quam malum est.  
Tam malum est audere semper, quam malum est semper pudor.  
Tam malum est tacere multum, quam malum est multum loqui.  
*Florus in Anthol. lat. 219. (tetr. troch.).*

45) Aut prodesse volunt aut delectare poetae. *H. Art. 333.*

46) Oderunt peccare boni virtutis amore. *H. epist. 1, 16, 52.*

47) Necessitas plus posse quam pietas solet. *Sen. Tro. 579.*

72. Hoc quidem videre licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari. 54.
73. Non assentior iis, qui haec nuper disserere coeperunt, cum corporibus simul animos interire atque omnia morte deleri. 13.
74. *Socrates*, qui Apollinis oraculo sapientissimus est iudicatus, non tum hoc tum illud, sed idem dicebat semper, animos hominum esse divinos iisque quum e corpore excessissent, redditum in caelum patere. 13.
75. Senectus, quamvis non sit gravis, ut memini Catonem anno ante, quam mortuus est, mecum et cum Scipione disserere, tamen ausert eam viriditatem, in qua etiamnum erat Scipio. 11. (*Laelius* loquitur). cf. *Sib.* §. 652.
76. Amicitiae nostrae memoriam spero sempiternam fore; idque mihi eo magis est cordi, quod ex omnibus seculis vix tria aut quatuor nominantur paria amicorum: quo in genere sperare vi deor Scipionis et Laelii amicitiam notam posteritati fore. 15.
77. Plerique amicos tamquam pecudes eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos. 79.
78. Illud tibi affirmo, si rem ex sententia gesseris, fore, ut ab omnibus collaudere. *Fam.* 1, 7, 5.
79. Par est, primum ipsum esse virum bonum, tum alterum similem sui quaerere. 82<sup>49</sup>).
80. Est boni viri, quem eundem sapientem licet dicere, haec duo tenere in amicitia: primum, ne quid fictum sit neve simulatum; aperte enim vel odisse magis ingenui est, quam fronte occultare sententiam: deinde non solum ab aliquo allatas criminaciones repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper aliquid existimantem ab amico esse violatum. 65.
81. Olympiae per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris sustineret bovem vivum. *De Sen.* 33.
82. Solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt: quan nihil a diis immortalibus melius habemus, nihil iucundius. 47.
83. Non solum ipsa Fortuna caeca est, sed eos etiam plerumque efficit caecos, quos complexa est. Itaque efferuntur fere fastidio et contumacia: neque quidquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. 54.
84. Dispares mores disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias: nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorumque distantia. 74<sup>50</sup>).
85. Virtute non tam multi praediti esse quam videri volunt. Hos delectat assentatio; his fictus ad ipsorum voluntatem sermo quum

48) In causa facilis cuivis licet esse diserto. *O. Trist.* 3, 11, 21.

49) Non est bonitas, esse meliorem pessimo. *P. Syr.*

50) Rebus in angustis facile est contemnere vitam;

Fortiter ille facit, qui miser esse potest. *Mart.* 11, 57.

adhibetur, orationem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant. 98<sup>51)</sup>).

86. Omnia brevia tolerabilia esse debent, etiam si magna sunt. 104.  
 87. *Antiochus rex Syriae*, vocat ad coenam ipse *Verrem* praetorem: exponit suas copias omnes, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro, quae, ut mos est regius, et maxime in Syria, gemmis erant distincta clarissimis. — Iste unumquodque vas in manus sumere, laudare, mirari. Rex gaudere, praetori populi Romani satis iucundum et gratum illud esse convivium. *Verr.* 4, 62.

#### Anhang über *ut* und *quod*.

88. Si quis ea asperitate est et immanitate naturae, congressus ut hominum fugiat atque oderit, qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus; tamen is pati non possit, ut non anquirat aliquem, apud quem evōmat virus acerbatis sua. 87<sup>52)</sup>).  
 89. Ego vos *hortor*, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis; nihil est enim tam naturae aptum, tam conveniens ad res vel secundas vel adversas. Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. 17<sup>53)</sup>).  
 90. *Nullo* casu arbitror hoc constanti homini posse contingere, ut ulla intermissio fiat officii. 8.  
 91. Ad Appii Claudii senectutem accedebat etiam, ut caecus esset. *De Sen.* 16.  
 92. Concedetur profecto verum esse, ut bonos boni diligent adsciscartque sibi quasi propinquitate coniunctos atque natura. 50<sup>54)</sup>).  
 93. Si curam fugimus, virtus fugienda est, quae necesse est cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur atque oderit; ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignaviam fortitudo. 47<sup>55)</sup>).  
 94. Hoc praestat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicitia non potest: sublatā enim benevolentia amicitiae nomen tollitur, propinquitatis manet. 19.  
 95. Amicitiae vis *est* in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus. 92.  
 96. Quod celeriter me fecisti de Caesaris litteris certiorem, fecisti mihi gratum. *Fam.* 14, 8.

51) Alium silere quod voles, primus sile. *Sen. Hippol.* 873.

52) Ingenuas didicisse fideliter artes

Emollit mores, nec sinit esse feros. *O. Pont.* 2, 9, 47.

53) Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano. *J.v.* 10, 356.

54) Hominem experiri multa, paupertas iubet. *P. Syr.* (*Sib.* §. 681.)

55) Exitus acta probat: careat successibus opto  
Quisquis ab eventu facta notanda putat. *O. Her.* 2, 85. (*Sib.*  
§. 694.)

56) Necesse est multos timeat, quem multi timent. *P. Syr.*

57) Pecuniae oportet imperes, non servias. *P. Syr.*

58) Ita comparatam esse hominum naturam omnium,  
Aliena ut melius videant et dijudicent  
Quam sua? *Ter. Heaut.* 3, 1, 94. (*Sib.* §. 696.)

97. *Scipio* saepe querebatur, quod omnibus in rebus homines diligentiores essent: capras et oves quot quisque haberet, dicere posse; amicos quot haberet, non posse dicere: et in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis eligendis negligentes esse nec habere quasi signa quaedam et notas, quibus eos, qui ad amicitiam essent idonei, iudicarent. 62.

Anhang über die *Oratio obliqua*.

Siberti cap. 96. b. Zumpt cap. 78, 7.

98. Scitum est illud Catonis, ut multa: "melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur: illos verum saepe dicere, hos nunquam." 90.  
99. Agrigentinum quidem doctum quendam virum \*) carminibus Graecis vaticinatum ferunt: quae in rerum natura totoque mundo constant quaeque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. 24.  
100. Verum illud est (*Archytæ dictum*): "Si quis in caelum ascenderisset naturamque mundi et pulchritudinem siderum perspexisset, insuavem illam admirationem ei fore, quae iucundissima fuisset, si aliquem, cui narraret, habuisset." Sic natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquod tamquam adminiculum annititur: quod in amicissimo quoque dulcissimum est. 88.  
101. In iis perniciosus est error, qui existimant, libidinum peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. Virtutum amicitia adiutrix a natura data est, non vitiorum comes, ut, quoniam solitaria non posset virtus ad ea, quae summa sunt, pervenire, coniuncta et consociata cum altera perveniret. 83. cf. Nr. 98. (Sib. §. 717.)

NB. Ein guter Beleg für die *oratio obliqua* ist das ganze zehnte Capitel des Laelius.

Vom Gebrauche der *Participia*, des *Gerundii* und *Supini*.

Siberti cap. 97, 98, 99. Zumpt cap. 81, 82, 83.

102. Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium: quae meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit. 71<sup>60</sup>).

\*) Empedoclem.

60) Omnia sunt hominum tenui pendentia filo. *O. Pont.* 4, 3, 35.

61) Aurea nunc vere sunt secula; plurimus auro

Venit honos: auro conciliatur amor.

Ipse licet Musis venias comitatus, Homere,

Si nihil attuleris; ibis, Homere, foras. *O. Art.* 2, 277.

103. Vita inculta et deserta ab amicis non potest esse iucunda.  
55<sup>62</sup>).
104. Mihi quidem videntur, qui utilitatis causa singunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiae tollere. Non enim tam utilitas parta per amicum quam amici amor ipse delectat. 51.
105. Illud exploratum habeto, nihil fieri potuisse sine causa. *Div.* 2, 60.
106. Et secundas res splendidiores facit amicitia et adversas partiens communicansque leviores. 22<sup>64</sup>).
107. In Catone Maiore, qui est scriptus de senectute, Catonem induxi senem disputationem, quia nulla videbatur aptior persona, quae de illa aetate loqueretur. 4.
108. Haec lex in amicitia sanciatur, ut neque rogeinus res turpes nec faciamus rogati. 40<sup>66</sup>).
109. Amicitiam non spe mercedis adducti, sed quod omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendam putamus. At ii, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentunt: nec mirum. Nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem tamque contemptam. 31.
110. Homerus fuit et Hesiodus ante Roman conditam, Archilochus regnante Romulo. *Tusc.* 1, 3<sup>73</sup>).

- 
- 62) Da requiem: requietus ager bene credita reddit. *O. Art.* 2,  
351.
- 63) Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata. *O. Am.* 3,  
4, 17.
- 64) Discite iustitiam moniti et non temnere divos. *Virg. A.* 6,  
620.
- 65) Dic, hospes, Spartae, nos te hic vidisse iacentes,  
Dum sanctis patriae legibus obsequimur.  
(Simonides in Spartanos apud Thermopylas occisos, Ci-  
cerone interprete *Tusc.* 1, 101).
- 66) Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas. *H. Ep.* 1,  
2, 55.
- 67) Nulla reparabilis arte  
Laesa pudicitia est: deperit illa semel. *O. Her.* 5, 103.
- 68) Timeo Danaos et dona ferentes. *Virg. A.* 2, 49.
- 69) Male parta male dilabuntur. *Naevius.* (Cic. *Phil.* 2, 66.)
- 70) Bene facta male locata male facta arbitror. *Ennius apud Cic.*  
*Off.* 2, 62.
- 71) Est miser nemo nisi comparatus. *Sen. Tro.* 1021.
- 72) Saepe stilum vertas, iterum quae digna legi sint,  
Scripturus. *H. Ep.* 1, 10, 72.
- 73) Est Deus in nobis: agitante calescimus illo. *O. Fast.* 6, 5.
- 74) Nil non mortale tenemus,  
Pectoris exceptis ingenique bonis. *O. Trist.* 3, 7, 43.
- 75) Qui statuit aliquid parte inaudita altera,  
Aequum licet statuerit, haud aequus fuit. *Sen. Med.* 199,

111. Quoniam res humanae fragiles caducaeque sunt, semper aliqui anquirendi sunt, quos diligamus et a quibus diligamur. Caritate enim benevolentiaque sublata omnis est e vita sublata iucunditas. 102.
112. Quod affirmate, quasi deo teste, promiseris, id tenendum est. *Off. 3, 104<sup>76</sup>.*
113. Praecipiendum est bonis, ut, si in *improborum* amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne existiment ita se alligatos, ut ab amicis in re publica peccantibus non discedant. *Improbis autem poena statuenda est. 42<sup>77</sup>.*
114. Non amicitiarum debent esse, sicut aliarum rerum, salietates. Veterima quaeque, ut ea vina, quae vetustatem ferunt, esse debent suavissima: verumque illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit. 67. (*Sib. §. 756.*)
115. Virtuti opera danda est, sine qua nec amicitiam neque ullam rem expetendam consequi possumus. 84.
116. Persuga venit in castra Fabricii eique est pollicitus, si praemium sibi proponisset, se, ut clam venisset, sic clam in Pyrrhi castra redditum et eum veneno necaturum. Hunc Fabricius reducendum curavit ad Pyrrhum idque eius factum laudatum a senatu est. *Off. 3, 86.*
117. *Scipionis* vita quidem talis fuit vel fortunā vel gloriā, ut nihil posset accedere: moriendi autem sensum celeritas abstulit 12<sup>80</sup>).
118. Si quid tale posset contingere, ut aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret et in solitudine uspiam collocaret atque ibi suppeditans omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam et copiam, hominis omnino adspiciendi potestatem eriperet: — quis tam esset ferreus, qui eam vitam ferre posset, cuique non auferret fructum voluptatum omnium solitudo? 87.
119. Ver tamquam adolescentiam significat ostenditque fructus futuros: reliqua tempora demetendis fructibus et percipiendis accommodata sunt. *de Sen. 70.*
120. Plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valeat auctoritas, eaque et adhibeat ad monendum non modo aperfe, sed etiam acriter, si res postulabit, et adhibitae pareatur. 44.
121. *Non* mediocre telum ad res gerendas existimare oportet bene-

, 66.)  
apud Cic.  
76) Tu nihil invita dices faciesve Minerva. *H. Art. 385.*

77) Eunt anni more fluentis aquae.

Nec, quae praeterit, iterum revocabitur unda:

Nec, quae praeterit, hora redire potest.

Utendum est aetate: cito pede labitur aetas:

Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit. *O. Art. 3, 62.*

78) Tam diu discendum est homini, quamdiu nesciat. *P. Syr.*

79) Exigua est virtus, praestare silentia rebus:

At contra gravis est culpa, tacenda loqui. *O. Art. 2, 603.*

80) Scribendi recte sapere est et principium et fons. *H. Art. 309.*

- volentiam civium, quam blanditiis et assentando colligere turpe est. 61<sup>81</sup>).  
122. Ut quisque maxime virtute et sapientia sic munitus est, ut nullo egeat suaque omnia in se ipso posita iudicet; ita in amicitiis expetendis colendisque maxime excellit. 30.  
123. Verum amicum qui intuetur, tamquam exemplar aliquod intuetur sui. Quocirca et absentes adsunt et egentes abundant et imbecilli valent et, quod difficilius dictu est, mortui vivunt: tantus eos honos, memoria, desiderium prosequitur amicorum. 23<sup>83</sup>).

- 
- 81) Deliberando saepe perit occasio. *P. Syr.*  
82) Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,  
Lectorem delectando pariterque monendo. *H. Art. 343.*  
83) Fortuna quum blanditur, captatum venit. *P. Syr.*  
84) Turpe quidem dictu: sed, si modo vera fatemur,  
Vulgus amicitias utilitate probat. *O. Pont. 2, 3, 7.*

Gröss

Quid, di  
liaritate  
rogatu tu  
senectute  
aptior pe  
et diutiss  
floruisse  
lem C.  
Laelii p  
§. 4.

Ego  
rekte faci  
tali amico  
firmare p  
ipse<sup>5</sup>) c  
quo ami  
accidisse  
incommode  
est. Cum  
quod<sup>6</sup>) i  
est adept  
vium, qua  
dibili virt  
consul bis  
publicae vi

1) S  
§. 723.  
6) S. 481.  
9) S. 397.

## DRITTER CURSUS.

### Erste Abtheilung.

#### Grössere Abschnitte aus Cicero's Laelius.

##### I. Cicero ad Atticum mittit dialogum de amicitia.

Quum saepe tecum ageres, ut<sup>1)</sup> de amicitia scriberem aliquid, digna mihi res quum<sup>2)</sup> omnium cognitione tum nostra familiaritate visa est. Itaque feci non invitatus, ut prodessem multis rogatu tuo. Sed ut in Catone Maiore, qui est scriptus ad te de senectute, Catonem induxi senem disputantem, quia nulla videbatur aptior persona, quae de illa aetate loqueretur<sup>3)</sup>, quam eius, qui et diutissime senex fuisse et in ipsa senectute praeter ceteros floruisse: sic, quum accepissemus a patribus, maxime memorabilem C. Laelii et P. Scipionis familiaritatem fuisse, idonea mihi Laelii persona visa est, quae de amicitia dissereret<sup>3)</sup>. *Cic. Lael.* §. 4.

##### II. Laelius laudat Scipionem amicum mortuum.

Ego, si Scipionis<sup>4)</sup> desiderio me moveri negem, quam id recte faciam, videlicet sapientes; sed certe mentiar. Moveor enim tali amico orbatus, qualis, ut arbitror, nemo unquam erit; ut confirmare possum, nemo certe fuit. Sed non egeo medicina; me ipse<sup>5)</sup> consolor et maxime illo solatio, quod eo errore careo, quo amicorum decessu plerique angi solent. Nihil enim mali<sup>6)</sup> accidisse Scipioni puto; mihi accidit, si quid accidit: suis autem incommodis graviter angi non amicum, sed se ipsum amantis<sup>7)</sup> est. Cum illo vero quis neget<sup>8)</sup> actum esse praeclare? Nisi enim, quod<sup>9)</sup> ille minime putabat, immortalitatem optare vellet, quid non est adeptus, quod homini fas esset optare? qui summam spem ci-vium, quam de eo iam puero habuerant, continuo adolescens incredibili virtute superavit: qui consulatum petiit nunquam, factus est consul bis; primum ante tempus, iterum sibi<sup>10)</sup> suo tempore, rei publicae<sup>10)</sup> paene sero: qui duabus urbibus eversis inimicissimis

1) Siberti §. 678. Zumpt §. 615. 2) Sib. §. 366. 4) Zumpt §. 723. 3) Sib. 632. Z. 568. 4) S. 469. Z. 423. 5) Z. 696. 6) S. 481. a. Z. 432. 7) S. 498. Z. 448. 8) S. 581. Z. 527. 9) S. 397. Z. 371 extr. 10) S. 445. Z. 408.

huic <sup>11)</sup> imperio non modo praesentia, verum etiam futura bella delevit. Quid dicam <sup>12)</sup> de moribus facillimis, de pietate in matrem, liberalitate in sorores, bonitate in suos, iustitia in omnes? Nota <sup>13)</sup> sunt vobis. Quam autem civitati carus fuerit, maerore funeris <sup>4)</sup> indicatum est. Quid igitur hunc paucorum annorum accessio iuvare potuisset? Senectus enim, quamvis non sit gravis, ut memini Catonem anno <sup>14)</sup> ante, quam mortuus est, mecum et cum Scipione disserere <sup>15)</sup>, tamen aufert eam viriditatem, in qua etiamnum erat Scipio. Quamobrem vita quidem <sup>16)</sup> talis fuit vel fortunā vel gloriā <sup>17)</sup>, ut nihil posset accedere: moriendi autem sensum celeritas abstulit. §. 10. 11. 12.

### III. Plura de Scipione.

Hoc vere licet dicere, P. Scipioni ex <sup>18)</sup> multis diebus, quos in vita celeberrimos laetissimosque viderit, illum diem clarissimum fuisse, quum, senatu dimisso <sup>19)</sup>, domum reductus ad vesperum est <sup>20)</sup> a patribus conscriptis, populo Romano, sociis et Latinis, pridie quam excessit e vita: ut ex tam alto dignitatis gradu ad superos videatur deos potius, quam ad inferos pervenisse. Neque enim assentior iis, qui haec nuper disserere coeperunt, cum corporibus simul animos interire atque omnia morte deleri. Plus apud me antiquorum auctoritas valet vel <sup>21)</sup> nostrorum maiorum, qui mortuis tam religiosa iura tribuerunt; quod non fecissent profecto, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur <sup>22)</sup>: vel <sup>21)</sup> eorum, qui in hac terra fuerunt magnamque Graeciam, quae nunc quidem deleta est, tunc florebat, institutis et praeceptis suis erudierunt: vel <sup>21)</sup> eius, qui Apollinis oraculo sapientissimus est iudicatus, qui non tum hoc, tum illud, ut in plerisque, sed idem semper <sup>23)</sup>, animos hominum esse divinos iisque, quum e corpore excessissent, redditum in caelum patere optimoque et iustissimo cuique <sup>24)</sup> expeditissimum. Quod item Scipioni videbatur. §. 12. 13. 14.

Amicitiae nostrae memoriam spero sempiternam fore; idque mihi eo magis est cordi <sup>25)</sup>, quod ex omnibus seculis vix tria aut quattuor nominantur paria amicorum: quo in genere sperare videor <sup>26)</sup> Scipionis et Laelii amicitiam notam posteritati fore. §. 15.

Quoniam res humanae fragiles caducaeque sunt, semper aliqui anquirendi sunt, quos diligamus <sup>27)</sup> et a quibus diligamur: caritate enim benevolentiaque sublata omnis est e vita sublata iucunditas. Mihi quidem Scipio, quamquam est subito ereptus, vivit tamen sem-

---

11) Z. 127. 12) S. 586. Z. 530. 13) S. 400. 14) S.  
529. Z. 476. 15) S. 652. Z. 589. 16) Z. 278. 17) S. 510. Z.  
457. 18) S. 479. Z. 430 extr. 19) S. 745. Z. 640. 20) S.  
616. 2. Z. 579. 21) Z. 339. 22) Z. 525. 23) Z. 772. 24) S.  
546. Z. 710. b. 25) Z. 422. Anm. 26) Z. 751. 27) S. 624. Z.  
556.

perque vi  
§. 102  
Sic  
eset <sup>28)</sup>  
cederet.  
alieni: c  
habet fru  
quod <sup>33)</sup>  
potest: s  
quitatis i  
xime pot  
ciliavit i  
omnis c  
amicitia  
cum ben  
scio an  
mortali  
allii pote  
hoc quid  
posita n  
autem i  
sed hae  
amicitia

Am  
Principio  
amici  
quicun  
fructus  
ipse ga  
gravius  
petuntur  
ut utare  
gaudeas  
Amicitia  
nullo <sup>44)</sup>

Z. 28  
Z. 432.  
Z. 483.  
38) Z. 13  
Z. 486.  
468.

perque vivet: virtutem enim amavi illius viri, quae exstincta non est.  
§. 102.

#### IV. *De amicitiae vi ac praestantia.*

Sic mihi perspicere videor, ita natos esse nos, ut inter omnes esset<sup>28)</sup> societas quaedam: maior autem, ut<sup>29)</sup> quisque proxime accederet. Itaque cives potiores<sup>30)</sup> quam peregrini; propinquui quam alieni: cum his enim amicitiam natura ipsa peperit; sed ea non satis habet firmitatis<sup>31)</sup>. Namque hōc praestat amicitia propinquitati<sup>32)</sup>, quod<sup>33)</sup> ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicitia non potest: sublatā enim benevolentia amicitiae nomen tollitur, propinquitatis manet. Quanta autem vis amicitiae sit, ex hoc intelligi maxime potest, quod<sup>33)</sup> ex infinita societate generis humani, quam conciliavit ipsa natura, ita contracta res est et adducta in angustum, ut omnis caritas aut inter duo aut inter paucos iungeretur. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate summa consensio: qua<sup>34)</sup> quidem haud scio an, exceptā sapientiā, quidquam melius homini sit a diis immortalibus datum. Divitias alii praepōnunt, bonam alii valetudinem, alii potentiam, alii honores, multi etiam voluptates. Beluarum<sup>35)</sup> hoc quidem extremum (est): illa autem superiora cadūca et incerta, posita non tam in consiliis nostris, quam in fortunae temeritate. Qui autem in virtute<sup>36)</sup> summum bonum ponunt, praeclare<sup>37)</sup> illi quidem: sed haec ipsa virtus amicitiam et gignit et continet; nec sine virtute amicitia esse ullo pacto potest. *Lael.* §. 19. 20.

#### V. *Quantas amicitia habeat commoditates.*

Amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere. Principio, qui<sup>38)</sup> potest esse vita vitalis, ut ait Ennius, quae non in amici mutua benevolentia conquiescat? Quid dulcius, quam habere quīcum omnia audeas<sup>39)</sup> sic loqui, ut tecum? Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberet, qui illis aequa ac<sup>40)</sup> tu ipse gauderet? Adversas vero ferre difficile esset sine eo, qui illas gravius etiam<sup>41)</sup>, quam tu, ferret. Denique ceterae res, quae expectuntur opportuna sunt singulae rebus<sup>42)</sup> fere singulis: divitiae, ut utare; opes, ut colare; honores, ut laudere<sup>43)</sup>; voluptates, ut gaudeas; valetudo, ut dolore careas et muneribus fungare corporis. Amicitia res plurimas continet; quoquo te verteris, praesto est; nullo<sup>44)</sup> loco excluditur, nunquam intempestiva, nunquam molesta

---

28) S. 568. Z. 515. 29) S. 545. 30) Z. 776. 31) S. 485.  
Z. 432. 32) S. 457. Z. 387. 33) S. 698. Z. 626. 34) S. 538.  
Z. 483. 35) S. 498. Z. 448. 36) S. 547. Z. 489. 37) Z. 771 extr.  
38) Z. 133. Anm. 39) S. 624. Z. 558. 40) Z. 340. Anm. 41) S. 543.  
Z. 486. 42) S. 449. Z. 409. 43) S. 221. Z. 166. 44) S. 521. Z.  
468.

est. Itaque non aqua, non igni, ut aiunt, pluribus locis ultimur, quam amicitia. Neque ego nunc de vulgari aut de mediocri, quae tamen ipsa et delectat et prodest, sed de vera et perfecta loquor, qualis eorum, qui<sup>45)</sup> pauci nominantur, fuit. Nam et secundas res splendidiores facit amicitia et adversas partiens communicansque leviores.

Quumque plurimas et maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimirum praestat omnibus, quod<sup>46)</sup> bonam spem praelucet in posterum nec debilitari animos aut cadere patitur. Verum enim amicum qui intuetur, tamquam exemplar aliquod intuetur sui. Quocirca et absentes adsunt et egentes abundant et imbecilli valent et, quod diffilcilius dictu est, mortui vivunt; tantus eos honos<sup>47)</sup>, memoria, desiderium prosequitur amicorum. Ex quo illorum beata mors videtur, horum vita laudabilis. Quodsi exemeris<sup>48)</sup> ex rerum natura benevolentiae coniunctionem, nec domus ulla nec urbs stare poterit; ne agri quidem cultus permanebit. Id si minus intelligitur, quanta vis amicitiae concordiaeque sit, ex dissensionibus atque discordiis percipi potest. Quae enim domus tam stabilis, quae tam firma civitas est, quae non odiis atque dissidiis funditus possit<sup>49)</sup> everti? ex quo, quantum boni sit in amicitia, iudicari potest. Agrigentinum quidem doctum quandam virum carminibus Graecis vaticinatum<sup>50)</sup> ferunt: quae in rerum natura totoque mundo constarent<sup>51)</sup> quaeque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. §. 22, 23, 24.

#### VI. *A natura potius quam ab indigentia ortam esse amicitiam.*

Saepissime mihi de amicitia cogitanti maxime illud considerandum videri solet, utrum propter imbecillitatem atque inopiam desiderata sit amicitia, ut in dandis recipiendisque meritis, quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio vicissimque redderet; an esset hoc quidem proprium amicitiae, sed antiquior et pulchrior et magis a natura ipsa profecta alia causa? Amor enim, ex quo amicitia nominata, princeps est ad benevolentiam coniungendam. Nam utilitates quidem<sup>52)</sup> etiam ab iis percipiuntur saepe, qui simulatione amicitiae coluntur et observantur temporis causā: in amicitia autem nihil fictum, nihil simulatum; et, quidquid est<sup>53)</sup>, id et verum et voluntarium. Quapropter a natura mihi videtur potius quam ab indigentia orta amicitia, applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quam cogitatione, quantum illa res utilitatis esset habitura. Quod quidem quale sit, etiam in bestiis quibusdam animadverti potest, quae ex se natos ita amant ad quoddam tempus et ab eis ita amantur, ut facile earum sensus appareat. Quod in homine multo est evidentius; primum ex ea caritate, quae

45) S. 480. Z. 430. med. 46) S. 698. Z. 626. 47) Z. 59. d.  
48) S. 409. b. et 563. Z. 381. 2. et 509. 49) S. 623. Z. 556.  
50) S. 667. 51) S. 568. Z. 515. 52) Z. 278. 53) S. 579. Z. 521.

est inter  
potest; de  
nacti sumus  
in eo quasi  
mūr<sup>50</sup>). N  
cid<sup>51</sup>) ad  
eos etiam  
est, qui  
lentia mem  
tem est, q  
non oderil  
est, Pyrr  
nimis alien  
per haec  
vel in eis  
etiam dil  
eorum, q  
perspicere  
ficio acc  
rebus ad  
quædam  
ab imbeci  
que desid  
dicam, c  
volunt.  
bitrarebūt.  
Ut enim  
tute et s  
ipso posi  
excellit.

Vid  
beat. Ni  
arma illi  
num app  
Nulla est  
Haec igit  
nec facian  
pienda qu  
se amici

54)  
57) S. 6  
673. Z. 6  
351. Ann

est inter natos et parentes, quae dirimi nisi detestabili scelere non potest; deinde, quum similis sensus exstittit<sup>54)</sup> amoris, si aliquem nacti sumus, cuius cum moribus et natura congruamus<sup>55)</sup>, quod in eo quasi lumen aliquod probitatis et virtutis perspicere videamur<sup>56)</sup>). Nihil est enim amabilius virtute; nihil, quod magis alliciat<sup>57)</sup> ad diligendum: quippe quum propter virtutem et probitatem eos etiam, quos nunquam vidimus, quodam modo diligamus. Quis est, qui C. Fabricii, M'. Curii non cum caritate aliqua et benevolentia memoriam usurpet<sup>57)</sup>, quos nunquam viderit<sup>58)</sup>? Quis autem est, qui Tarquinium Superbum, qui Sp. Cassium, Sp. Maelium non oderit? Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho et Annibale: ab altero propter probitatem eius non nimis alienos animos habemus, alterum propter crudelitatem semper haec civitas oderit. Quod si tanta vis probitatis est, ut eam vel in eis, quos nunquam vidimus, vel, quod maius est, in hoste etiam diligamus; quid mirum, si animi hominum moveantur, quum eorum, quibuscum usu coniuncti esse possunt, virtutem et bonitatem perspicere videantur<sup>56)</sup>? Quamquam<sup>59)</sup> confirmatur amor et beneficio accepto et studio perspecto et consuetudine adjuncta: quibus rebus ad illum primum motum animi et amoris adhibitis admirabilis quaedam exardescit benevolentiae magnitudo. Quam si qui putant ab imbecillitate proficisci, ut sit, per quem assequatur, quod quisque desideret; humilem sane relinquunt et minime generosum, ut ita dicam, ortum amicitiae, quam ex inopia atque indigentia natam<sup>60)</sup> volunt. Quod si ita esset; ut quisque<sup>61)</sup> minimum in se esse arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus: quod longe secus est. Ut enim quisque sibi plurimum confidit et ut quisque<sup>61)</sup> maxime virtute et sapientia sic munitus est, ut nullo egeat suaque omnia in se ipso posita iudicet; ita in amicitiis expetendis<sup>62)</sup> colendisque maxime excellit. §. 26. 27. 28. 29. 30.

### VII. Quae sit prima lex amicitiae.

Videamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debat. Num<sup>63)</sup>, si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuerunt? Num<sup>63)</sup> Viscellinum amici regnum appetentem, num Sp. Maelium debuerunt iuvare? (§. 36.) Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaveris. (§. 37.) Haec igitur lex in amicitia sanciatur, ut neque rogemus res turpes nec faciamus rogati<sup>64)</sup>. Turpis enim excusatio est et minime accipienda quum in ceteris peccatis, tum si quis contra rem publicam se amici causa fecisse fateatur<sup>65)</sup> (40). Praecipiendum est igitur

54) S. 616. Z. 579. 55) S. 624. Z. 556. 56) Z. 380. extr.

57) S. 626. Z. 561. 58) S. 629. Z. 564. 59) Z. 341 extr. 60) S.

673. Z. 611. extr. 61) S. 545. 62) S. 783. Z. 667. 63) S. 402. Z.

351. Anm. 64) S. 736. Z. 635. 65) S. 582. Z. 524. Anm.

bonis, ut, si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne<sup>66)</sup> existiment ita se alligatos, ut ab amicis in re publica peccantibus non discedant: improbis autem poena statuenda est; nec vero minor iis, qui secuti erunt<sup>67)</sup> alterum<sup>68)</sup>, quam iis, qui ipsi fuerint<sup>67)</sup> impietatis duces. Quis clarior in Graecia Themistocle? quis potentior? qui, quum imperator bello Persico servitute Graeciam liberasset propterque invidiam in exilium isset, ingratae patriae injuriam non tulit, quam ferre debuit<sup>69)</sup>: fecit idem, quod viginti annis ante apud nos fecerat Coriolanus. His adiutor contra patriam inventus est nemo: itaque mortem sibi uterque consivit. Quare talis improborum consensio non modo excusatione amicitiae tegenda non est, sed potius omni suppicio vindicanda, ut ne<sup>66)</sup> quis (sibi) concessum putet, amicum vel bellum patriae inferentem<sup>64)</sup> sequi. Quod quidem, ut res coepit ire, haud scio, an<sup>70)</sup> aliquando futurum sit: mihi autem non minori<sup>71)</sup> curae est, qualis res publica post mortem meam futura sit, quam qualis hodie sit. Haec igitur prima lex amicitiae sanciatur, ut ab amicis honesta petamus, amicorum causa honesta faciamus; ne expectemus quidem, dum rogemur<sup>72)</sup>; studium semper adsit, cunctatio absit; consilium vero dare audeamus libere. Plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valeat auctoritas, eaque et adhibeatur ad monendum non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit; et adhibitae pareatur. §. 42. 43. 44.

### VIII. *Inter bonos quasi necessariam esse amicitiam.*

Quum contrahat amicitiam, ut supra dixi, si qua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet et adiungat: id quum contingit, amor exoriatur<sup>73)</sup> necesse est. Quid enim tam absurdum, quam delectari multis inanibus rebus, ut honore, ut gloria, ut aedificio, ut vestitu cultique corporis; animo autem virtute praedito, eo, qui vel amare vel, ut ita dicam, redamare possit, non admodum delectari? Nihil est enim<sup>74)</sup> remuneratione benevolentiae, nihil vicissitudine studiorum officiorumque iucundius. Quod si etiam illud addimus, quod recte addi potest, nihil esse quod ad se rem ullam tam alliciat et tam attrahat, quam ad amicitiam similitudo: concedetur profecto verum esse, ut<sup>75)</sup> bonos boni diligent adsciscantque sibi quasi propinquitate coniunctos atque natura. Nihil est enim<sup>74)</sup> appetentius similium<sup>76)</sup> sui, nihil rapacius, quam natura. Quamobrem hoc quidem constat, ut opinor, bonis inter bonos quasi necessariam benevolentiam; qui<sup>77)</sup> est amicitiae fons a natura constitutus. §. 48. 49. 50.

---

66) S. 590. Z. 347. Anm. 67) S. 563. Z. 509. 68) Z. 141.  
69) S. 577. 1. Z. 518. 70) S. 620. Z. 354. 71) S. 466. Z. 422.  
Anm. 72) S. 611. Z. 575. 73) S. 695. Z. 625. 74) Z. 355. 75) S.  
693. Z. 623. 76) S. 488. Z. 438. 77) S. 398. Z. 372.

IX. *In tyrannorum aliorumve hominum praepotentium vita nullum fere esse amicitiae locum.*

Quis est, pro deūm fidem<sup>78)</sup> atque hominum! qui velit, ut<sup>79)</sup> neque diligit quemquam nec ipse ab ullo<sup>80)</sup> diligatur, circumflueret omnibus<sup>81)</sup> copiis atque in omnium rerum abundantia vivere? Haec<sup>82)</sup> est enim tyrannorum vita, in qua nimur nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis benevolentiae potest esse fiducia; omnia semper suspecta atque sollicita; nullus locus amicitiae. Quis enim aut eum diligit, quem metuat; aut eum, a quo se metui putet? Coluntur tamen simulatione dumtaxat<sup>83)</sup> ad tempus. Quod si forte, ut sit plerumque, ceciderint; tum intelligitur, quam fuerint inopes amicorum. Quod Tarquinium dixisse ferunt, tum (exsulanter) se intellexisse, quos fidos amicos habuisset<sup>84)</sup>, quos infidos, quum iam neutris gratiam referre posset. Quamquam<sup>85)</sup> miror, illā superbiā<sup>86)</sup> et importunitate, si quemquam habere potuit. Atque, ut huius, quem dixi, mores veros amicos parare non potuerunt, sic multorum opes praepotentium<sup>87)</sup> excludunt amicitias fideles. Non enim solum ipsa Fortuna caeca est, sed eos etiam plerumque efficit caecos, quos complexa est. Itaque efferuntur fere<sup>88)</sup> fastidio et contumacia: neque quidquam insipiente fortunato<sup>89)</sup> intolerabilius fieri potest. Atque hoc quidem videre licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus,<sup>86)</sup> imperio, potestate, prosperis rebus immulari, sperni ab iis veteres amicitias, indulgeri novis. Quid autem stultius, quam, quum plurimum copiis, facultatibus, opibus possint, cetera parare, quae parantur pecunia, equos, famulos, vestem egregiam, vasa pretiosa; amicos non parare, optimam et pulcherrimam vitae, ut ita dicam, suppellectilem? Etenim cetera quum parant, cui parent<sup>90)</sup> nesciunt, nec cuius causa labōrent; eius<sup>91)</sup> est enim istorum quidque<sup>92)</sup>, qui vincit viribus: amicitiarum sua cuique permanet stabilis et certa possessio, ut, etiam si illa maneant, quae sunt quasi dona Fortunae, tamen vita inculta et deserta ab amicis non possit esse iucunda. §. 52.  
53. 54. 55.

X. *Firmos constantesque amicos difficilime reperiri.*

Scipio saepe querebatur, quod omnibus in rebus homines diligentiores essent<sup>93)</sup>: capras et oves quot quisque haberet, dicere posse: amicos quot haberet, non posse dicere: et in illis quidem parandis adhibere curam, in amicis eligendis negligentes esse nec habere quasi signa quaedam et notas, quibus eos, qui ad amicitiam essent<sup>93)</sup> idonei, iudicarent<sup>94)</sup>. Sunt igitur firmi et stabiles et constantes

78) Z. 361. 79) S. 587. 2. Z. 531. extr. 80) S. 193. Anm. Z. 129. 81) S. 512. Z. 460. 1. 82) S. 398. Z. 372. 83) Z. 274. 84) S. 568. Z. 515. 85) Z. 341. extr. 86) S. 523. Z. 471. 87) Z. 107. extr. 88) Z. 279. extr. 89) S. 538. Z. 483. 90) S. 621. Z. 552. 91) S. 498. Z. 448. 92) S. 193. Z. 137. 93) S. 723. Z. 545. 94) S. 631. Z. 567.

eligendi, cuius generis est magna penuria: et iudicare difficile est sane nisi expertum<sup>95)</sup>; experiendum est autem in ipsa amicitia: ita praecurrit amicitia iudicium<sup>96)</sup> tollitque experiendi<sup>97)</sup> potestatem. Est igitur prudentis<sup>98)</sup> sustinere, ut currum, sic impetum benevolentiae, quo utamur, quasi equis tentatis, sic amicitiis, aliqua parte periclitatis<sup>99)</sup> moribus amicorum. Quidam saepe in parva pecunia perspicuntur quam sint<sup>100)</sup> leves; quidam, quos parva movere non potuit, cognoscuntur in magna. Sin erunt aliqui reperi, qui pecuniam praeferre amicitiae sordidum existent: ubi eos inveniemus, qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes amicitiae non anteponant, ut, quum ex altera parte proposita haec sint, ex altera ius amicitiae, non multo<sup>1)</sup> illa malint? Imbecilla enim natura est ad contemnendam potentiam: quam etiam si neglecta amicitia consecuti sunt, obscuratum iri arbitrantur, quia non sine magna causa sit<sup>2)</sup> neglecta amicitia. Itaque verae amicitiae difficillime reperiuntur in iis, qui in honoribus reque publica versantur. Ubi enim istum invenias<sup>3)</sup>, qui honorem amici anteponat suo? §. 62. 63. 64.

*Scipio* nihil difficilius esse dicebat, quam amicitiam usque ad extremum vitae<sup>4)</sup> permanere. §. 33.

Dispares mores disparity studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias: nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi<sup>5)</sup> quod tanta est inter eos, quanta<sup>6)</sup> maxima potest esse, morum studiorumque distantia. §. 74.

#### *XL. Num quando amici novi veteribus sint anteponendi.*

Existit autem hoc<sup>7)</sup> loco quaedam quaestio subdifficilis<sup>8)</sup>: num quando<sup>9)</sup> amici novi, digni amicitia, veteribus sint anteponendi, ut equis vetulis teneros anteponere solemus? — Indigna homine dubitatio! Non enim amicitiarum debent esse, sicut aliarum rerum, satietates<sup>10)</sup>. Veterima quaeque<sup>11)</sup>, ut ea vina, quae vetustatem ferunt, esse debent suavissima: verumque illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit. Novitates autem, si spem afferunt, ut, tamquam in herbis non fallacibus, fructus appareat, non sunt illae quidem repudiandae; vetustas tamen suo loco conservanda: maxima est enim<sup>12)</sup> vis vetustatis et consuetudinis. Quin<sup>13)</sup> ipso equo, cuius modo mentionem feci, si nulla res impedit, nemo est, qui non eo, quo<sup>14)</sup> consuevit, libenlius utatur, quam intractato et

95) S. 666. Z. 608. 96) S. 418. Z. 386. 97) S. 765. Z. 659.  
98) S. 498. Z. 448. 99) S. 729. Z. 632. 100) S. 621. Z. 552. 1)  
S. 544. Z. 487. 2) S. 720. Z. 549. 3) S. 581. Z. 527. 4) S. 481.  
Z. 435. Anm. 5) Z. 735. 6) Z. 689. 7) S. 535. Z. 481. 8)  
S. 363. 5. Z. 329. med. 9) S. 190. Anm. 2. Z. 136. 10) Z. 92.  
11) S. 546. Z. 710. b. 12) Z. 355. 13) Z. 542. 14) Z. 416.

novo: nec vero in hōc, quod est animal, sed in iis etiam, quae sunt inanima, consuetudo valet: quum locis ipsis delectemur, montuosis et silvestribus, in quibus diutius commorati sumus. §. 67. 68.

*XII. Amicitiam non utilitatis causa, sed propter se ipsam esse expetendam.*

Digni sunt amicitia, quibus in<sup>15)</sup> ipsis inest<sup>14)</sup> causa, cur diligentur. Rarum genus! et quidem omnia paeclarata rara<sup>16)</sup>, nec quidquam difficilis quam reperire, quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. Sed plerique neque<sup>17)</sup> in rebus humanis quidquam bonum norunt, nisi quod fructuosum sit, et<sup>17)</sup> amicos, tamquam pecudes, eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos. Ita pulcherrima illa et maxime naturali carent amicitia per se et propter se expetenda, nec ipsi sibi exemplo<sup>18)</sup> sunt, haec vis amicitiae qualis et quanta sit. Ipse enim se quisque diligit, non ut aliquam a se ipse mercedem exigat caritatis suae, sed quod per se sibi quisque carus est. Quod nisi idem in amicitiam transferetur, verus amicus nunquam reperietur: est enim is qui-dem<sup>19)</sup> tamquam alter idem. Quod si hoc apparet in bestiis, volucribus, nantibus, agrestibus, cicuribus, feris, primum ut<sup>20)</sup> se ipsae diligent — id enim pariter cum<sup>21)</sup> omni animante nascitur — deinde ut requirant atque appetant, ad quas<sup>22)</sup> se applicent eiusdem generis animantes; idque faciunt cum desiderio et cum quadam similitudine amoris humani: quanto<sup>23)</sup> id magis in homine fit naturā, qui et se ipse diligit et alterum anquirit, cuius animum ita cum suo misceat, ut efficiat paene unum ex duobus? §. 79. 80. 81.

Amicitiam non spe mercedis adducti<sup>24)</sup>, sed quod omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendam putamus. At ii, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentunt: nec mirum. Nihil enim altum, nihil magnificum ac divinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem tamque contemptam. §. 31.

Si utilitas amicitias conglutinaret<sup>25)</sup>, eādem<sup>26)</sup> commutata dis-solveret: sed, quia natura mutari non potest, idcirco verae amicitiae sempiternae sunt. §. 32.

Atque etiam mihi quidem videntur, qui utilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiae tollere. Non enim tam utilitas parta per amicum, quam amici amor ipse delectat. §. 51.

Quam multa, quae nostra causa nunquam faceremus, facimus causa<sup>27)</sup> amicorum! precari ab indigno, supplicare, tum acerbius<sup>28)</sup>

---

15) S. 316. Z. 324. 16) Z. 776. extr. 17) S. 365. 5. Z. 338. extr. 18) S. 466. Z. 422. Anm. 19) Z. 278. 20) S. 691. Z. 623. 21) S. 506. Z. 473. 22) Z. 78. extr. 23) S. 544. Z. 487. 24) S. 504. b. Z. 454. extr. 25) S. 582. Z. 524. 26) Z. 127. extr. 27) Z. 792. 28) Z. 104. Anm.

in aliquem invehī insectarique vehementius; quae in nostris rebus non satis honeste, in amicorum fiunt honestissime: multaeque res sunt, in quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt detrahique patiuntur, ut iis amici potius quam ipsi fruantur. §. 57.

XIII. *Amicitiam virtutum adiutricem a natura datam esse, non vitiorum comitem.*

Plerique perverse, ne dicam impudenter, amicum habere tales volunt, quales ipsi esse non possunt: quaeque ipsi non tribuunt amicis, haec ab eis desiderant. Par est autem, primum ipsum<sup>29)</sup> esse virum bonum, tum alterum similem sui<sup>30)</sup> quaerere. In talibus ea, quam iamdudum tractamus, stabilitas amicitiae confirmari potest, quum homines benevolentia coniuncti primum cupiditatibus iis, quibus ceteri serviunt, imperabunt; deinde aequitate iustitiae gaudebunt omniaque alter pro altero suscipiet, neque quidquam unquam nisi honestum et rectum alter ab altero postulabit; neque solum colent inter se ac diligent, sed etiam verebuntur. Nam maximum ornementum amicitiae tollit, qui<sup>31)</sup> ex ea tollit verecundiam. Itaque in iis perniciosus est error, qui existimant, libidinum peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. Virtutum amicitia adiutrix a natura data est, non vitiorum comes, ut, quoniam solitaria non posset<sup>32)</sup> virtus ad ea, quae summa sunt<sup>33)</sup>, pervenire, coniuncta et consociata cum altera perveniret<sup>34)</sup>. §. 82. 83.

Virtuti opera danda est, sine qua nec amicitiam neque ullam rem expetendam consequi possumus. §. 84.

Ego vos *hortor*, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis; nihil est enim tam naturae aptum: tam conveniens ad<sup>35)</sup> res vel secundas vel<sup>36)</sup> adversas. Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. §. 17.

XIV. *Sine amicitia vitam esse nullam.*

Una est amicitia in rebus humanis, de cuius utilitate omnes uno ore consentiunt: quamquam a multis ipsa virtus contemnitur et venditatio quaedam atque ostentatio esse dicitur. Multi divitias despiciunt, quos parvo contentos tenuis victus cultusque delectat; honores vero<sup>37)</sup>, quorum cupiditate quidam inflammantur, quam multi ita contemnunt, ut nihil inanius, nihil esse levius existiment! Itemque cetera<sup>38)</sup>, quae quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt qui pro nihilo putent<sup>39)</sup>. De amicitia omnes ad<sup>40)</sup> unum idem sentiunt, et<sup>41)</sup> ii, qui ad rem publicam se contulerunt, et<sup>41)</sup> ii,

29) S. 665. Z. 608. 30) S. 451. Z. 411. extr. 31) Z. 765.

32) S. 717. Z. 547. 33) Z. 546. 34) S. 570. Z. 514. 35) S. 450. Z. 409. extr. 36) Z. 339. 37) Z. 348. Anm. 38) S. 400. Z. 363. extr. 39) S. 626. Z. 561. 40) Z. 296. med. 41) S. 365. 5. Z. 338.

qui rerum cognitione doctrinaque delectantur, et ii, qui suum negotium gerunt otiosi, postremo ii, qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam, si modo velint aliqua ex parte liberaliter vivere. Serpit enim, nescio quomodo<sup>42)</sup>, per omnium vitas<sup>43)</sup> amicitia; nec ullam aetatis degendae<sup>44)</sup> rationem patitur<sup>45)</sup> esse expertem<sup>46)</sup> sui. Quin<sup>47)</sup> etiam si quis ea<sup>48)</sup> asperitate est et immanitate naturae, congressus ut<sup>49)</sup> hominum fugiat atque oderit, qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem<sup>42)</sup> accepimus; tamen is pati<sup>45)</sup> non possit<sup>50)</sup>, ut non anquirit aliquem, apud quem evomat virus acerbatis suae. Atque hoc maxime iudicaretur, si quid tale posset contingere, ut aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret et in solitudine uspiam<sup>51)</sup> collocaret atque ibi suppeditans omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam et copiam, hominis omnino adspiciendi<sup>44)</sup> potestatem eriperet. Quis tam esset ferreus, qui eam vitam ferre posset<sup>52)</sup>, cuique non auferret fructum voluptatum omnium solitudo? Verum ergo illud est, quod, a Tarentino Archyta, ut opinor, dici solitum, nostros senes commemo rare audivi ab aliis senibus auditum: *Si quis in caelum ascendisset naturamque mundi et pulchritudinem siderum perspexisset, insuavem illam admirationem ei fore, quae iucundissima fuissest, si aliquem<sup>53)</sup>, cui narraret, habuissest.* Sic natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquod tamquam adminiculum annititur: quod in amicissimo quoque<sup>54)</sup> dulcissimum est. §. 86. 87. 88.

Solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt: qua<sup>55)</sup> nihil a diis immortalibus melius habemus, nihil iucundius. §. 47.

#### XV. In amicitiis admonitionem saepe adhibendam esse; adulatio nem fugiendam tamquam pestem.

Assentatio, vitiorum adiutrix, procul amoveatur<sup>56)</sup>, quae non modo<sup>57)</sup> amico, sed ne libero quidem digna est: aliter enim cum tyrono, aliter cum amico vivitur<sup>58)</sup>. Cuius autem aures veritati clausae sunt, ut ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda<sup>59)</sup> est. Scitum est enim illud Catonis, ut multa: *melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur<sup>60)</sup>: illos verum saepe dicere, hos nunquam.* Atque illud absurdum, quod ii, qui monentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt; eam capiunt, qua debent vacare. Peccasse enim se non anguntur; obiurgari moleste ferunt: quod contra oportebat<sup>61)</sup> delicto<sup>62)</sup> dolere, correctione gaudere.

42) Z. 553. extr. 43) Z. 92. 44) S. 769. Z. 659. 45) S. 675. Z. 613. a. 46) S. 486. Z. 436. 47) Z. 542. extr. 48) S. 523. Z. 471. 49) Z. 356. 50) S. 581. Z. 527. 51) Z. 284. 52) S. 623. Z. 556. 53) Z. 708. 2. 54) S. 546. Z. 710. b. 55) S. 540. Z. 484. 56) S. 584. Z. 529. 57) Z. 724. b. 58) S. 299. Z. 144. 59) Z. 417. extr. 60) S. 717. Z. 545. a. 61) S. 577. 1. Z. 518. 62) S. 504. Z. 452.

Ut igitur et monere et moneri<sup>63)</sup> proprium est verae amicitiae, et alterum libere facere, non asperre, alterum patienter accipere, non repugnanter: sic habendum est, nullam in amicitiis pestem esse maiorem quam adulationem<sup>64)</sup>, blanditiam, assentationem. §. 89. 90. 91.

Assentatio, quamvis perniciosa sit<sup>65)</sup>, nocere tamen nemini potest, nisi ei, qui eam recipit atque in ea delectatur. §. 97.

Virtute non tam multi praediti<sup>66)</sup> esse, quam videri volunt. Hos delectat assentatio; his<sup>67)</sup> fictus ad ipsorum voluntatem sermo quum adhibetur<sup>68)</sup>, orationem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant. Nulla est igitur haec amicitia, quum alter verum audire non vult<sup>68)</sup>, alter ad mentiendum paratus est. §. 98.

#### XVI. Varia\*).

*Nullo casu arbitror hoc constanti homini posse contingere, ut ulla intermissio fiat officii.* §. 8.

Cave Catoni anteponas<sup>69)</sup> ne istum quidem ipsum, quem Apollo sapientissimum iudicavit: huius<sup>70)</sup> enim facta, illius dicta laudantur. §. 10.

Optimi cuiusque<sup>54)</sup> animus in morte facillime *evolat* tamquam e custodia vinclisque corporis. §. 14.

Ti. Gracchus regnum occupare conatus est, vel<sup>71)</sup> regnavit is quidem paucos menses. Num quid simile populus Romanus audierat aut viderat? §. 41.

Si curam fugimus, virtus fugienda est, quae necesse est cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur<sup>72)</sup> atque oderit; ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignaviam fortitudo. §. 47.

Non mediocre telum ad res gerendas existimare oportet<sup>72)</sup> benevolentiam civium, quam blanditiis et assentando colligere turpe est. §. 61.

Est boni viri, quem eundem<sup>73)</sup> sapientem licet dicere, haec duo tenere in amicitia: primum, ne quid fictum sit neve<sup>74)</sup> simulatum; aperte enim vel<sup>75)</sup> odisse magis ingenui est, quam fronte occultare sententiam: deinde, non solum ab aliquo allatas criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper aliquid existimantem ab amico esse violatum. §. 65.

---

63) S. 382 et 648. a. Z. 597. 64) Z. 484. 65) S. 610. Z. 574. 66) S. 671. a. Z. 610. 67) S. 457. Z. 416. 68) S. 616. 1. Z. 579. 69) S. 640. Z. 586. extr. 70) Z. 700. 71) Z. 336. 72) S. 695. Z. 625. 73) Z. 127. extr. 74) S. 591. Z. 535. 75) Z. 734.

---

\*) Diese Rubrik enthält diejenigen Sätze des zweiten Cursus, welche in die vorstehenden grösseren Abschnitte wegen Verschiedenheit des Inhalts nicht wohl aufgenommen werden konnten.

Odio  
nisse debet  
lit. §. 71.  
Amici  
§. 92.  
Omn  
§. 104.

Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium: quae memini-  
nisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui contu-  
lit. §. 71.

Amicitiae vis est in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus.  
§. 92.

§. 103. Omnia brevia tolerabilia esse debent, etiam si magna sunt.  
§. 104.

## DRITTER CURSUS.

### Zweite Abtheilung.

#### Grössere Abschnitte aus Ovid.

##### I. *Quattuor mundi aetates.*

Metamorph. lib. I. vs. 88—150.

- Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo <sup>1)</sup>,  
Sponte sua, sine lege, fidem rectumque colebat.  
Poena metusque aberant, nec verba minacia fixo  
Aere legebantur, nec supplex turba timebant <sup>2)</sup>  
5 Iudicis ora sui, sed erant sine vindice tuti.  
Nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem,  
Montibus in liquidas pinus descenderat undas,  
Nullaque mortales praeter sua littora norant.  
Nondum praecipites cingebant oppida fossae;  
10 Non tuba direcli, non aeris cornua flexi,  
Non galeae, non ensis, erant: <sup>3)</sup> sine militis usu  
Mollia securae <sup>4)</sup> peragebant otia gentes.  
Ipsa quoque immunis rastroque intacta; nec <sup>5)</sup> ullis  
Saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus;  
15 Contentique cibis nullo cogente <sup>1)</sup> creatis,  
Arbuteos fetus montanaque fraga legebant,  
Cornaque et in duris haerentia mora rubetis,  
Et quae deciderant patula Iovis arbore glandes.  
Ver erat aeternum, placidique tepentibus auris  
20 Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.  
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,  
Nec <sup>5)</sup> renovalus ager gravidis canebat aristis;  
Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant,  
Flavaque de viridi stillabant ilice mella.  
25 Postquam, Saturno tenebrosa in Tartara misso,  
Sub Iove mundus erat; subiit <sup>6)</sup> argentea proles,  
Auro deteriore <sup>7)</sup>, fulvo pretiosior aere.  
Iuppiter antiqui contraxit tempora veris,  
Perque hiemes aestusque et inaequales auctumnos  
30 Et breve ver spatiis exegit quattuor annum.

1) Siberti §. 750. Z. § 638. 2) Z. 366. 3) S. 386. b. Z.  
373. 4) Z. 682. 5) Z. 738. 6) Z. 828. 7) Z. 111. Anm.

Tum primum siccis aër fervoribus ustus  
 Canduit, et ventis glacies adstricta pependit. 35  
 Tum primum subiere domos: domus antra fuerunt  
 Et densi frutices et vinctae cortice virgae.  
 Semina tum primum longis Cerealia sulcis  
 Obruta sunt, pressique iugo gemuere iuvenci.  
 Tertia post illas successit aënea proles,  
 Saevior ingeniis et ad horrida promptior arma,  
 Nec scelerata tamen. De duro est ultima ferro.  
 Protinus irrumpit venae peioris in aevum 40  
 Omne nefas; fugere pudor verumque fidesque;  
 In quorum subiere locum fraudesque dolique<sup>8)</sup>  
 Insidiaque et vis et amor sceleratus habendi.  
 Vela dabant ventis, nec adhuc<sup>9)</sup> bene noverat illos  
 Nayita; quaeque diu steterant in montibus altis,  
 Fluctibus ignotis insultavere carinae.  
 Communemque prius, ceu<sup>10)</sup> lumina Solis et auras,  
 Cautus humum longo signavit limite mensor.  
 Nec tantum segetes<sup>11)</sup> alimentaque debita dives  
 Poscebatur humus; sed itum<sup>12)</sup> est in viscera terrae,  
 Quasque recondiderat Stygiisque admoverat umbris,  
 Effodiuntur opes, irritamenta malorum.  
 Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum  
 Prodierant; prodit bellum, quod pugnat utroque,  
 Sanguineaque manu crepitantia concutit arma. 55  
 Vivitur<sup>12)</sup> ex rapto: non hospes ab<sup>13)</sup> hospite tutus,  
 Non socer a genero; fratum quoque gratia rara est.  
 Imminet exitio vir conjugis, illa mariti;  
 Lurida terribiles miscent aconita novercae;  
 Filius ante diem patrios inquirit in annos. 60  
 Victa iacet Pietas, et Virgo caede madentes,  
 Ultima caelestum<sup>14)</sup>, terras Astraea reliquit.

## II. Anni tempora cum vitae humanae aetatis comparantur.

Met. 15, 199—227.

Quid? non in species succedere<sup>15)</sup> quattuor annum  
 Adspicis, aetatis peragentem imitamina nostrae?  
 Nam tener et lactens puerique simillimus aevo  
 Vere novo est. Tunc herba nitens et roboris expers  
 Turget et insolida est, et spe delectat agrestem. 5  
 Omnia tum florent, florumque coloribus almus  
 Ridet ager, neque adhuc virtus in frondibus ulla est.  
 Transit in Aestatem post Ver robustior Annus:

8) Z. 338. 9) Z. 292. med. 10) Z. 340. 11) S. 430. Z.  
 393. Anm. 1. 12) S. 299. Z. 144. 13) Z. 305. 14) Z. 66. 1.  
 extr. 15) S. 733. Z. 636.

- Fitque valens iuvenis. Neque enim robustior aetas  
 10 Ulla, nec uberior, nec quae magis aestuet<sup>16)</sup>, ulla est.  
 Excipit Auctumnus, posito fervore iuventae  
 Maturus mitisque, inter iuvenemque senemque  
 Temperie medius, sparsis per tempora canis.  
 Inde senilis Hiems tremulo venit horrida passu;  
 Aut spoliata suos<sup>17)</sup>, aut quos habet, alba capillos.  
 Nostra quoque ipsorum<sup>18)</sup> semper, requieque sine ulla,  
 Corpora vertuntur: nec, quod fuimusve sumusve,  
 Cras erimus. Fuit illa<sup>19)</sup> dies, qua semina tantum  
 Spesque hominum primae materna<sup>20)</sup> habitavimus alvo.  
 20 Artifices Natura manus admovit: et anguis  
 Corpora visceribus distentae condita matris  
 Noluit, eque<sup>21)</sup> domo vacuas emisit in auras.  
 Editus in lucem iacuit sine viribus infans:  
 Mox quadrupes rituque tulit sua membra ferarum:  
 25 Paulatimque tremens et nondum poplite fimo  
 Constitit, adiutis aliquo conamine nervis.  
 Inde valens veloxque fuit: spatiumque iuventae  
 Transit, et, emensis<sup>22)</sup> mediis quoque temporis annis,  
 Labitur occiduae per iter declive senectae.

### III. Ingenii dotes corporis adde bonis.

Art. am. 2, 113—122.

- Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos,  
 Fit minor, et spatio carpitur ipsa suo.  
 Nec violae semper, nec hiantia lilia florent,  
 Et riget amissa spina relicta rosa.  
 5 Et tibi iam cani venient, formose, capilli;  
 Iam venient rugae, quae tibi corpus arent.  
 Iam molire animum, qui duret, et adstrue formae;  
 Solus ad extremos permanet ille rogos.  
 Nec<sup>23)</sup> levis, ingenuas pectus coluisse<sup>24)</sup> per artes,  
 10 Cura sit, et linguas edidicisse duas.

### IV. Turpe est miserum deserere amicum.

Epist. ex Ponto 2, 6, 19—30.

- Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico  
 Auxilium nulla parte tulisse tuum.  
 Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci:  
 Turpe laborantem deseruisse<sup>24)</sup> ratem.  
 5 Turpe sequi casum et fortunae cedere, amicum

16) S. 626. Z. 561. 17) Z. 458. 18) Z. 424. extr. (19) Z.  
 88. Anm. 20) S. 535. Z. 481. extr. 21) Z. 356. extr. 22) S. 729.  
 Z. 632. 23) Z. 585. Anm. 24) Z. 590. extr.

Et, nisi sit felix, esse negare suum.  
Non ita vixerunt Strophio atque Agamemnōe nati:  
Non haec<sup>25)</sup> Aegidae Pirithoique fides;  
Quos prior est mirata, sequens mirabitur aetas:  
In quorum plausus tota theatra sonant.  
Tu quoque, per durum servato tempus amico,  
Dignus es in tantis nomen habere<sup>26)</sup> viris.

10

V. De Fortunae inconstancia.

Ep. ex Ponto 4, 3, 35–50.

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo;  
Et subito casu, quae valuerē, ruunt.  
Divitis audita est cui<sup>27)</sup> non opulentia Croesi?  
Nempe<sup>28)</sup> tamen vitam captus ab hoste tulit.  
Ille Syracosia modo formidatus in urbe,  
Vix humili duram repulit arte famem.  
Quid fuerat Magno maius? tamen ille rogavit  
Submissa fugiens voce clientis opem.  
Cuique viro totus terrarum paruit orbis,  
Indigus effectus omibus ipse magis.  
Ille Iugurthino clarus Cimbroque triumpho,  
Quo victrix toties Consule Roma fuit,  
In coeno latuit Marius canaque palustri,  
Pertulit et<sup>29)</sup> tanto multa pudenda viro.  
Ludit in humanis divina potentia rebus,  
Et certam praesens vix habet hora fidem.

5

10

15

VI. Ab inferis redire nemini licet.

Consol. ad Liviam 427–440.

Suprime iam lacrimas. Non est revocabilis istis<sup>30)</sup>,  
Quem semel umbrisera navita linte tulit.  
Hectora<sup>31)</sup> tot fratres, tot deflevere sorores,  
Et pater, et coniux, Astyanaxque puer,  
Et longaeva parens. Tamen ille redemptus ad ignes;  
Nullaque per Stygias umbra renavit aquas.  
Contigit hoc etiam Thetidi. Populator Achilles  
Iliaca ambustis ossibus arva premit.  
Illi<sup>32)</sup> caeruleum Panope matertera crinem  
Solvit, et immensas fletibus auxit aquas.  
Consortesque Deae centum, longaevaque magni  
Oceani coniux Oceanusque pater;  
Et Thetis ante omnes. Sed nec Thetis ipsa neque omnes  
Mularunt avidi tristia iura Dei.

5

10

15

25) S. 398. Z. 372. 26) Z. 568. 27) S. 461. Z. 419. Ann.  
28) Z. 278. extr. 29) Z. 358. 30) Z. 127. 31) S. 103. Z. 71.  
32) S. 445. extr. Z. 405. extr.

VII. *Tempestatis descriptio.*

Trist. 1, 2, 19—32.

- Me miserum! <sup>33)</sup> quanti montes volvuntur aquarum!  
 Iam iam tacturos sidera summa putes.  
 Quantae diducto subsidunt aequore valles!  
 Iam iam tacturas Tartara nigra putes.  
 5 Quocunque adspicias, nihil est nisi pontus et aér;  
 Fluctibus hic <sup>34)</sup> tumidis, nubibus ille minax.  
 Inter utrumque fremunt immani turbine venti.  
 Nescit, cui domino pareat, unda maris.  
 Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu:  
 10 Nunc <sup>35)</sup> Zephyrus sero vespere missus adest:  
 Nunc gelidus sicca <sup>36)</sup> Boreas bacchatur ab Arcto:  
 Nunc Notus adversa proelia fronte gerit,  
 Rector in incerto est; nec quid fugiatve petat.  
 Invenit. Ambiguis ars stupet ipsa malis.

VIII. *Agricolarum oblectamenta.*

Remed. Am. 169—194.

- Rura quoque oblectant animos studiumque colendi;  
 Quaelibet huic curae cedere cura potest.  
 Colla iube domitos oneri supponere tauros,  
 Sauciet ut duram vomer aduncus humum.  
 5 Obrue versata Cerealia semina terra,  
 Quae tibi cum multo fenore reddat ager.  
 Adspice curvatos pomorum pondere ramos,  
 Ut sua, quod peperit, vix ferat arbor onus.  
 Adspice iucundo labentes murmure rivos;  
 10 Adspice tondentes fertile gramen oves.  
 Ecce, petunt rupes praeruptaque saxa capellae;  
 Iam referent hoedis ubera plena suis.  
 Pastor inaequali modulatur arundine carmen,  
 Nec desunt comites, sedula turba, canes.  
 15 Parte sonant alia silvae mugitibus altae,  
 Et queritur vitulum mater abesse <sup>37)</sup> suum.  
 Quid <sup>38)</sup>? cum suppositas fugiunt examina taxos,  
 Ut relevance dempti vimina torta favi?  
 Poma dat auctumnus: formosa est messibus aestas:  
 20 Ver praebet flores: igne levatur hiems.  
 Temporibus certis maturam rusticus uvam  
 Deligit, et nudo sub pede musta fluunt.

33) S. 443. Z. 402. 34) Z. 700. 35) S. 366. 4. Z. 723.

36) Z. 54. 37) S. 703. Z. 629. 38) Z. 769.

Temporibus certis desectas alligat herbas,  
Et tonsam raro pectine verrit humum.  
Ipse potes riguis plantam deponere in hortis;  
Ipse potes rivos ducere lenis aquae.

25

*IX. Raptus Sabinarum.*

Art. am. 1, 101—130.

Primus sollicitos fecisti, Romule, ludos:  
Cum iuvit viduos rapta Sabina viros.  
Tunc neque marmoreo pendebant vela theatro:  
Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.  
Illic, quas tulerant nemorosa Palatia, frondes  
Simpliciter positae; scena sine arte fuit.  
In gradibus sedit populus de cespite factis,  
Qualibet hirsutas fronde tegente comas.  
Respiciunt, oculisque notant<sup>39)</sup> sibi quisque puellam  
Quam velit; et tacito pectore multa movent.  
Dumque, rudem praebente modum tibicine Tusco,  
Ludius aequatam ter pede pulsat<sup>40)</sup> humum;  
In medio plausu—plausus tunc arte carebat —  
Rex populo praedae signa petenda dedit.  
Protinus exsiliunt, animum clamore fatentes:  
Virginibus cupidas iniiciuntque<sup>41)</sup> manus.  
Ut fugiunt aquilas, timidissima turba, columbae,  
Utque fugit visos agna novella lupos;  
Sic illae timuere viros sine more ruentes:  
Constitit in nulli, qui fuit ante, color.  
Nam timor unus erat: facies non una timoris.  
Pars laniat crines; pars sine mente sedet.  
Altera moesta silet; frustra vocat altera matrem;  
Haec queritur; stupet haec; haec manet; illa fugit.  
Dueuntur raptae, genialis praeda, puellae:  
Et potuit multas ipse decere pudor.  
Si qua repugnarat nimium, comitemque negarat,  
Sublatam cupido vir tulit ipse sinu.  
Atque ita, Quid teneros lacrimis corrumpis ocellos?  
Quod matri pater est, hoc tibi, dixit, ero.

10

15

20

25

30

*X. Fabiorum clades.*

Fast. 2. 195—242.

Haec fuit illa dies, in qua Veientibus arvis  
Ter centum Fabii ter cecidere duo.  
Una domus vires et onus suscepérat urbis:

39) Z. 367. 40) S. 549. Z. 506. 41) Z. 358.

- Sumunt gentiles arma professa<sup>42)</sup> manus.  
5 Egreditur castris miles generosus ab isdem<sup>43)</sup>;  
E quis<sup>44)</sup> dux fieri<sup>45)</sup> quilibet aptus erat.  
Carmentis portae dextro via proxima Iano est.  
Ire per hanc noli, quisquis es<sup>46)</sup>: omen habet.  
Illa fama refert Fabios exisse trecentos.  
10 Porta vacat culpa; sed tamen omen habet.  
Ut celeri passu Cremeram tetigere<sup>47)</sup> rapacem; —  
Turbidus hibernis ille fluebat aquis —  
Castra loco<sup>48)</sup> ponunt: destrictis ensibus ipsi  
Tyrrhenum valido Marte per agmen eunt:  
15 Non aliter, quam<sup>49)</sup> cum Libyca de rupe leones  
Invadunt<sup>50)</sup> sparsos lata per arva greges:  
Diffugiunt hostes, inhonestaque vulnera tergo  
Accipiunt: Tusco sanguine terra rubet.  
Sic iterum, sic saepe cadunt. Ubi vincere aperte  
20 Non datur, insidias armaque caeca parant.  
Campus erat: campi claudebant ultima<sup>51)</sup> colles,  
Silvae montanas occulere apta feras.  
In medio paucos armentaque rara relinquunt:  
Cetera virgultis abdita turba latet.  
25 Ecce, velut torrens undis pluvialibus auctus,  
Aut nive, quae Zephyro victa tepente fluit,  
Per sata perque vias fertur; nec ut ante solebat,  
Riparum clausas margine finit aquas:  
Sic Fabii latis vallem discursibus<sup>52)</sup> implent;  
30 Quosque vident, sternunt: nec metus alter inest.  
Quo ruitis, generosa domus? male creditur hosti.  
Simplex nobilitas, perfida tela cave!  
Fraude perit virtus. In apertos undique campos  
Prosilunt hostes, et latus omne tenent.  
35 Quid faciant pauci contra tot milia fortis?  
Quidve, quod in<sup>53)</sup> misero tempore restet<sup>54)</sup>, habent?  
Sicut aper, silvis longe Laurentibus actus,  
Fulmineo celeres dissipat ore canes;  
Mox tamen ipse perit: sic non moriuntur inulti;  
40 Vulneraque alterna dantque feruntque manu.  
Una dies Fabios ad bellum miserat omnes:  
Ad bellum missos perdidit una dies.  
Ut tamen Herculeae superessent semina gentis,  
Credibile est ipsos consuluisse Deos.  
45 Nam puer impubes, et adhuc non utilis armis<sup>55)</sup>;

42) S. 729. Z. 632. 43) Z. 11. 44) S. 187. Anm. Z.

133. Anm. extr. 45) Z. 568. 46) S. 579. Z. 521. 47) S. 553.

Z. 506. 48) S. 537. Z. 481. 49) Z. 340. Anm. 50) S. 616. 1.

Z. 579. 51) S. 481. Z. 435. 52) Z. 92. 53) Z. 475. Anm. 54)

S. 626. Z. 562. 55) S. 449. Z. 409.

Unus de Fabia gente relictus erat.  
Scilicet ut posses olim tu, Maxime, nasci;  
Cui<sup>56)</sup> res cunctando<sup>57)</sup> restituenda foret.

XI. *Roma vetus et recentior.*

Fast. I, 197—218.

Pluris<sup>58)</sup> opes nunc sunt, quam prisci temporis annis,  
Dum populus pauper, dum nova Roma fuit;  
Dum casa Martigenam capiebat parva Quirinum,  
Et dabat exiguum fluminis ulva torum. 5  
Iuppiter angusta vix totus stabat in aede,  
Inque Iovis dextra fictile fulmen erat.  
Frondibus ornabant quae nunc Capitolia gemmis,  
Pascebantque suas ipse senator oves.  
Nec pudor, in stipula placidam cepisse<sup>59)</sup> quietem, 10  
Nec foenum capiti supposuisse fuit.  
Iura dabat populis posito modo consul aratro,  
Et levis argenti lamina crimen erat.  
At postquam Fortuna loci caput extulit huius,  
Et tetigit summos vertice Roma Deos: 15  
Creverunt et opes, et opum furiosa cupidus.  
Et, cum possideant plurima, plura volunt.  
Quaerere, ut absumant, absumpta requirere certant,  
Atque ipsae vitiis sunt alimenta vices.  
Sic, quibus intumuit suffusa venter ab unda, 20  
Quo plus sunt potae, plus sitiuntur<sup>60)</sup> aquae.  
In pretio premium nunc est: dat census honores,  
Census amicitias: pauper ubique iacet.

56) S. 461. Anm. Z. 419. Anm. 57) S. 781. Z. 667. 58)  
S. 492. Z. 444. 59) Z. 590. 60) Z. 383.

## VIERTER CURSUS.

### Erste Abtheilung.

#### *Cicero's Laelius vollständig*

mit steter Hinweisung auf Zumpts Grammatik, und Angabe  
vorzüglichern, grammatisch bemerkenswerthen Varianten.

Cap. I. §. 1. Q. Mucius augur<sup>1)</sup> multa narrare de C. Laelio socero suo memoriter et iucunde solebat nec dubitare, illum in omni sermone appellare sapientem. Ego autem a patre ita eram deductus ad Scaevolam, sumpta virili toga, ut, quoad possem<sup>2)</sup> et liceret, a senis latere nunquam discederem. Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa [etiam] breviter et commode dicta memoriae mandabam<sup>3)</sup> fierique studebam eius prudentiâ doctior. Quo mortuo me ad pontificem Scaevolam contuli, quem unum<sup>4)</sup> nostrae civitatis et ingenio et iustitia praestantissimum audeo dicere. Sed<sup>5)</sup> de hoc alias: nunc redeo ad augurem. §. 2. Quum<sup>6)</sup> saepe multa, tum memini domi in hemicyclo sedentem, ut solebat, quum et ego essem una et pauci admodum familiares, in eum sermonem illum incidere<sup>7)</sup>, qui tum fere [omnibus] erat in ore. Meministi enim profecto, Attice, et eo magis, quod P. Sulpicio utebare multum, quum is tribunus plebis capitali odio a Q. Pompeio, qui tum erat consul, dissideret, quocum<sup>8)</sup> coniunctissime et amantissime vixerat, quanta esset hominum vel admiratio vel querela. §. 3. Itaque tum Scaevola, quum in eam ipsam mentionem incidisset, exposuit nobis sermonem Laelii de amicitia habitum ab illo secum et cum altero genero, C. Fannio, M. F., paucis diebus post mortem Africani. Eius disputationis sententias memoriae mandavi<sup>9)</sup>, quas hoc<sup>9)</sup> libro exposui arbitratu meo: quasi enim ipsos induxi loquentes, ne *inquam et inquit* saepius<sup>10)</sup> interponeretur atque ut tamquam a praesentibus coram haberi sermo videretur.

§. 4. Quum enim saepe tecum ageres, ut de amicitia scriberem ali-

1) Z. Gr. §. 796. 2) Z. §. 545. 3) mandabam — mandavi.  
cf. Z. §. 500. 4) §. 691. 5) 348. Anm. 6) 723 extr. 7) 589.  
8) quocum; al. *quicum*. cf. 133. Anm. (adde §. 561. extr. ed. IX.)  
9) hoc libro; al. *in hoc libro*. cf. 481. 10) 104. Anm.

quid, digna mihi res quum<sup>6)</sup> omnium cognitione tum nostra familiaritate visa est. Itaque feci non invitus, ut prodessem multis rogatu tuo. Sed ut in Catone Maiore, qui est scriptus ad te de senectute, Catonem induxi senem disputantem, quia nulla videbatur aptior persona, quae de illa aetate loqueretur<sup>11)</sup>, quam eius, qui et diutissime senex fuisse et in ipsa senectute praeter ceteros floruisse: sic, quum accepissemus a patribus maxime memorabilem C. Laelii et P. Scipionis familiaritatem fuisse, idonea mihi Laelii persona visa est, quae de amicitia ea ipsa dissereret<sup>11)</sup>, quae disputata ab eo meminisset Scaevola. Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum auctoritate et eorum<sup>12)</sup> illustrium plus, nescio quo pacto, videtur habere gravitatis. Itaque ipse mea legens sic afficior interdum, ut Catonem, non<sup>13)</sup> me, loqui existimem. §. 5. Sed, ut tum ad senem senex de senectute, sic hoc<sup>9)</sup> libro ad amicum amicissimus de amicitia scripsi. Tum est Cato locutus, quo<sup>14)</sup> erat nemo sere senior temporibus illis, nemo prudentior: nunc Laelius et sapiens — sic enim est habitus — et amicitiae gloria excellens de amicitia loquitur. Tu velim animum a me parumper avertas<sup>15)</sup>, Laelium loqui ipsum putes. C. Fannius et Q. Mucius ad sacerum veniunt post mortem Africani: ab his sermo oritur, respondet Laelius, cuius tota disputatio est de amicitia, qnam legens tu te ipsum<sup>16)</sup> cognosces.

Cap. II. §. 6. *Fannius*. Sunt ista, Laeli! nec enim melior vir fuit Africano quisquam<sup>17)</sup> nec clarior. Sed existimare debes, omnium oculos nunc in te esse coniectos; unum te sapientem et<sup>18)</sup> appellant et existimant. Tribuebatur hoc modo M. Catoni: scimus, L. Atilium apud patres nostros appellatum esse sapientem; sed uterque alio quodam modo: Atilius, quia prudens esse in iure civili putabatur; Cato, quia multarum rerum usum haberet<sup>19)</sup>, (multa eius et in senatu et in foro vel provisa prudenter vel acta constanter vel responsa acute<sup>20)</sup> ferebantur;) propterea quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis<sup>21)</sup>. Te autem alio quodam modo, non solum natura et moribus, verum etiam studio et doctrina esse sapientem nec sicut vulgus, sed ut erudit solent appellare sapientem, qualem in Graecia<sup>22)</sup> neminem; §. 7. (nam, qui septem appellantur, eos, qui ista subtilius quaerunt, in numero sapientium<sup>23)</sup> non habent:) Athenis unum accepimus, et eum<sup>12)</sup> quidem etiam Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum<sup>24)</sup>; — hanc esse in te sapientiam existimant, ut omnia tua in te posita ducas humanosque casus virtute<sup>25)</sup> inferiores putes. Itaque ex me quaerunt, credo item ex hoc [Scaevola], quoniam pacto mortem Africani feras: eoque magis, quod his

---

11) 568. 12) 699. 13) 781. 14) 803. 15) 624. 16) te ipsum; al. *te ipse*. cf. 696. 17) 709. 18) et appellant; al. *appellant*. cf. 808. (809 ed. IX). 19) haberet; al. *habebat*. cf. 549. 20) 722, 2. 21) 789. 22) in Graecia; al. *in tota Graecia*. cf. 482. 23) sapientum; al. *sapientum*. cf. 66. 24) 776. 25) 484.

proximis Nonis, quum in hortos<sup>26)</sup> D. Bruti auguris commentandi causa, ut assolet, venissemus, tu non affuisti, qui diligentissime semper illum diem, et illud munus solitus essemus obire. §. 8. *Scaevola.* Quaerunt quidem, C. Laeli, multi, ut est a Fannio dictum: sed ego id respondeo, quod animadvertis, te dolorem, quem acceperis quum summi viri tum amicissimi morte, ferre moderate: nec potuisse non commoveri nec fuisse id humanitatis tuae, quod autem his Nonis in nostro collegio non affuisse, valetudinem causam, non<sup>13)</sup> maestitiam fuisse. *Laelius.* Recte tu quidem, Scaevola, et vere: nec enim ab isto officio, quod semper usurpavi, quum valerem, abduci incommodo meo debui: nec ullo casu arbitror hoc constanti homini posse contingere<sup>27)</sup>, ut ulla intermissio fiat officii. §. 9. Tu autem, Fanni, qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco nec postulo, facis amice: sed, ut mihi videris, non recte iudicas de Catone. Aut enim nemo, quod quidem magis credo, aut, si quisquam<sup>28)</sup>, ille sapiens fuit. Quomodo, ut alia omittam, mortem filii tuli! *Memineram*<sup>29)</sup> Paullum, videram Gallum: sed hi in pueris<sup>30)</sup>; Cato in perfecto et spectato viro. §. 10. Quamobrem cave Catoni anteponas<sup>31)</sup> ne istum quidem ipsum, quem Apollo, ut ais, sapientissimum iudicavit: huius<sup>32)</sup> enim facta, illius dicta laudantur. De me autem, ut iam cum utroque loquar, sic habetote.

Cap. III. Ego, si Scipionis desiderio me moveri negem, quam id recte faciam, viderint sapientes; sed certe mentiar. Moveor enim tali amico orbatus, qualis, ut arbitror, nemo unquam erit; ut confirmare possum, nemo certe fuit. Sed non egeo medicina; me ipse<sup>33)</sup> consolor et maxime illo solatio, quod eo errore careo, quo amicorum decessu plerique angi solent. Nihil enim mali accidisse Scipioni puto; mihi accidit, si quid accidit: suis autem incommodis graviter angi non amicum, sed se ipsum amantis<sup>34)</sup> est. §. 11. Cum illo vero quis neget<sup>35)</sup> actum esse praeclare? Nisi enim, quod ille minime putabat, immortalitatem optare vellet, quid non est adeptus, quod homini fas esset optare? qui summam spem civium, quam de eo iam puerο habuerant, continuo adolescens incredibili virtute superavit: qui consulatum petiit nunquam, factus est consul bis<sup>21)</sup>; primum ante tempus, iterum sibi<sup>36)</sup> suo tempore, rei publicae paene sero: qui duabus urbibus eversis inimicissimis huic imperio non modo praesentia, verum etiam futura bella delevit. Quid dicam de moribus facillimis, de pietate in matrem, liberalitate in sorores, bonitate in suos, iustitia in omnes? Nota sunt vobis. Quam autem civitati carus fuerit, maerore funeris indicatum est. Quid igitur hunc paucorum annorum accessio iuvare potuisset? Senectus enim, quamvis non sit gravis, ut memini Catonem anno ante, quam mortuus est<sup>37)</sup>, mecum et cum Scipione disserere<sup>38)</sup>, tamen aufert eam viriditatem,

26) 96. 27) 621. 28) 709. b. 29) 440 med. 30) 771.  
31) 624. 32) 700. 33) me ipse; al. *me ipsum*. cf. 696. 34)  
448. 35) 527. 36) 408. 37) mortuus est; al. *mortuus esset*. cf.  
576. 38) 589.

in qua etiamnum<sup>39)</sup> erat Scipio. §. 12. Quamobrem vita quidem talis fuit vel fortunâ vel gloriâ, ut nihil posset accedere: moriendi autem sensum celeritas abstulit; quo de genere mortis difficile dictu est; quid homines suspicentur, videtis. Hoc tamen vere licet dicere, P. Scipioni ex multis diebus, quos in vita celeberrimos laetissimosque viderit<sup>40)</sup>, illum diem clarissimum fuisse; quum, senatu dimisso, domum reductus ad vesperum est a patribus conscriptis, populo Romano, sociis et Latinis, pridie quam excessit e vita: ut ex tam alto dignitatis gradu ad superos videatur deos potius, quam ad inferos pervenisse.

Cap. IV. §. 13. Neque<sup>41)</sup> enim assentior iis, qui haec nuper disserere coeperunt, cum corporibus simul animos interire atque omnia morte deleri. Plus apud me antiquorum auctoritas valet vel nostrorum maiorum, qui mortuis tam religiosa iura tribuerunt; quod non fecissent profecto, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur<sup>42)</sup>: vel eorum, qui in hac terra fuerunt magnamque Graeciam, quae nunc quidem<sup>43)</sup> deleta est, tunc<sup>44)</sup> florebat, institutis et praceptis suis erudierunt: vel eius, qui Apollinis oraculo sapientissimus est iudicatus, qui non tum hoc tum illud, ut in plerisque, sed idem semper<sup>45)</sup>, animos hominum esse divinos iisque, quum e corpore excessissent, redditum in caelum patere optimoque et iustissimo cuique<sup>46)</sup> expeditissimum. §. 14. Quod item Scipioni videbatur, qui quidem, quasi praesagiret, perpaucis ante mortem diebus, quum et Philus et Manilius adessent et alii plures, tuque etiam, Scaevola, mecum venisses, triduum disseruit de re publica: cuius disputationis fuit extremum fere de immortalitate animorum, quae se in quiete per visum ex Africano audisse dicebat. Id si ita est, ut optimi cuiusque<sup>46)</sup> animus in morte facillime evolet tamquam e custodia vinclisque corporis; cui censemus cursum ad deos faciliorem fuisse, quam Scipioni? Quocirca, maerere hoc eius eventu<sup>47)</sup>, vereor, ne invidi magis quam amici sit. Sim autem illa veriora, ut<sup>48)</sup> idem interitus sit animorum et corporum, nec ullus sensus maneat: ut nihil boni est in morte, sic certe nihil mali. Sensu enim amisso fit idem, quasi natus non esset omnino; quem tamen esse natum et nos gaudemus et haec civitas, dum erit, laetabitur. §. 15. Quamobrem cum illo quidem, ut supra dixi, actum optime est: mecum<sup>49)</sup> incommodius, quem fuerat<sup>50)</sup> aequius, ut prius introieram, sic prius exire de vita. Sed tamen recordatione nostrae amicitiae sic fruor, ut beate vivisse videar<sup>51)</sup>, quia cum Scipione vixerim, quo cum<sup>52)</sup> mihi coniuncta

39) etiamnum; al. *etiam tunc*. "Vide ne hoc verum sit." Orelli. cf. 285 extr. 40) 545. a. 41) 807. (808 ed. IX). 42) 525. 43) nunc quidem; al. *nunc*. cf. 278. 44) tunc; al. *tum*. cf. 285. 45) al. ut in plerisque *solet*, sed idem *dicebat semper*. cf. 771. et 772. 46) 710. b. 47) *eventu*; al. *eventum*. cf. 452 et 383. 48) 623. cf. Lael. §. 50. 49) *mecum*; al. *mecum autem vel mecum vero*. cf. 781. 50) 518. 51) 380 extr. 52) *quocum*; al. *cum quo*. cf. 324.

cura de re publica et de <sup>53)</sup> privata fuit, quocum et domus et militia communis et id, in quo est omnis vis amicitiae, voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio. Itaque non tam ista mens sapientiae, quam modo Fannius commemoravit, fama delectat, falsa praesertim, quam quod amicitiae nostrae memoriam spero sempiternam fore; idque mihi eo magis est cordi, quod ex omnibus seculis vix tria aut quattuor nominantur paria amicorum: quo in genere sperare videor <sup>54)</sup> Scipionis et Laelii amicitiam notam posteritati fore.

§. 16. *Fannius.* Istud quidem, Laeli, ita necesse est. Sed, quoniam amicitiae mentionem fecisti et sumus otiosi, pergratum mihi feceris — spero item Scaebole — si, quemadmodum soles de ceteris rebus, quum ex te quaeruntur, sic de amicitia disputaris <sup>55)</sup>, quid sentias, qualem existimes, quae praecepta des. *Scaebole.* Mihi vero <sup>56)</sup> [pergratum erit:] aique, id ipsum <sup>57)</sup> quum tecum agere conarer, Fannius antevertit: quamobrem utrique nostrum gratum admodum feceris.

Cap. V. §. 17. *Laelius.* Ego vero <sup>56)</sup> non gravarer, si mihi ipse considerem: nam et praeclara res est et sumus, ut dixit Fannius, otiosi. Sed quis ego sum? aut quae in me est facultas? Doctorum est ista consuetudo eaque <sup>58)</sup> Graecorum, ut iis ponatur, de quo disputatione quamvis subito. Magnum opus est egetque exercitatione non parva. Quamobrem quae disputari de amicitia possunt, ab eis censeo petatis, qui ista profitentur: ego vos hortari tantum possum, ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis; nihil est enim <sup>59)</sup> tam naturae aptum, tam conveniens ad res vel secundas vel adversas. §. 18. Sed hoc primum sentio, nisi <sup>60)</sup> in bonis amicitiam esse non posse: neque id ad vivum reseco, ut illi, qui haec subtilius disserunt, fortasse vere, sed ad communem utilitatem parum: negant enim quemquam virum bonum esse, nisi <sup>60)</sup> sapientem <sup>61)</sup>. Sit ita sane; sed eam sapientiam interpretantur, quam adhuc mortalis nemo <sup>62)</sup> est consecutus: nos autem ea, quae sunt in usu vitaque communi, non ea, quae singuntur aut optantur, spectare debemus. Nunquam ego dicam, C. Fabricium, M'. Curium, Ti. Coruncanum, quos sapientes nostri maiores iudicabant, ad istorum normam fuisse sapientes. Quare sibi habeant sapientiae nomen et invidiosum et obscurum; concedant, ut <sup>63)</sup> hi boni viri fuerint. Ne id quidem facient: negabunt id nisi sapienti posse concedi. §. 19. Agamus igitur pingui Minerva, ut aiunt. Qui ita se gerunt, ita vivunt, ut eorum probetur fides, integritas, aequitas, liberalitas, nec sit in eis ulla cupiditas vel libido vel audacia, sintque magna constantia, ut ii fuerunt, modo quos nominavi; hos viros bonos, ut habiti sunt, sic etiam appellandos putemus, quia sequantur, quantum homines possunt, naturam, optimam bene vivendi ducent. Sic enim mihi perspicere videor <sup>64)</sup>, ita natos esse nos, ut inter omnes esset societas quaedam: major autem, ut quisque proxime acce-

53) 745. 54) 751. 55) disputaris; al. *disputabis*. cf. 511.  
 56) 716. 57) 695. 58) 699. 59) 355. 60) 801. 61) 774.  
 62) 676. 63) 613. a. 64) 380.

deret. Itaque cives potiores<sup>65)</sup> quam peregrini; propinqui quam alieni: cum his enim amicitiam natura ipsa peperit; sed ea non satis habet firmitatis. Namque hoc praestat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate benevolentia tolli potest, ex amicitia<sup>66)</sup> non potest: sublatā enim benevolentia amicitiae nomen tollitur, propinquitatis manet. §. 20. Quanta autem vis amicitiae sit, ex hoc intelligi maxime potest, quod ex infinita societate generis humani, quam conciliavit ipsa natura, ita contracta res est et adducta in angustum, ut omnis caritas aut inter duo aut inter paucos iungeretur.

Cap. VI. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumquae rerum cum benevolentia et caritate summa consensio: qua<sup>67)</sup> quidem haud scio an, excepta sapientia, quidquam<sup>68)</sup> melius homini sit a diis immortalibus datum. Divilias alii praeponunt, bonam alii valetudinem, alii potentiam, alii honores, multi etiam voluptates. Beluarum hoc quidem extremum [est:] illa autem superiora caduca et incerta, posita non tam in consiliis nostris, quam in fortunae temeritate. Qui autem<sup>69)</sup> in virtute summum bonum ponunt, praecclare illi quidem<sup>70)</sup>: sed haec ipsa virtus amicitiam et<sup>71)</sup> gignit et continet; nec sine virtute amicitia esse ullo pacto potest. §. 21. Iam virtutem ex consuetudine vitae sermonisque nostri interpretemur nec eam, ut quidam docti, verborum magnificentia metiamur virosque bonos eos, qui habentur, numeremus, Paullos, Catones, Gallos, Scipiones, Philos. His communis vita contenta est: eos autem omittamus, qui omnino nusquam reperiuntur. §. 22. Tales igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere. Principio, qui potest esse vita vitalis, ut ait Ennius, quae non in amici mutua benevolentia conquiescat? Quid dulcius, quam habere, quicunque omnia audeas sic loqui, ut tecum? Quis<sup>72)</sup> esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberet, qui illis aequa ac tu ipse gauderet? Adversas vero ferre difficile esset sine eo, qui illas gravius etiam, quam tu, ferret. Denique ceterae res, quae expetuntur, opportunae sunt singulae rebus fere<sup>73)</sup> singulis: diviliae, ut utare; opes, ut colare; honores, ut laudare; voluptates, ut gaudeas; valetudo, ut dolore careas et muneribus fungare corporis. Amicitia res plurimas continet; quoquo te verteris, praesto est; nullo loco excluditur, nunquam intempestiva, nunquam molesta est. Itaque non aqua, non igni, ut aiunt, pluribus locis utimur, quam amicitia. Neque ego nunc de vulgari aut de mediocri, quae tamen ipsa et<sup>71)</sup> delectat et prodest, sed de vera et perfecta loquor, qualis eorum, qui<sup>74)</sup> pauci nominantur, fuit. Nam et secundas res splen-

65) potiores; al. *potiores sunt*. cf. 776. 66) ex amicitia; a. *ex amicitia autem*. cf. 781. 67) 803. 68) quidquam melius; a. *nihil melius*. cf. 721 extr. 69) 804. (805 ed. IX). 70) 771. 71) et gignit; al. *gignit*. — et delectat; al. *delectat*. cf. 808. (809 ed. IX). 72) quis esset; al. *qui esset*. cf. 134. Anm. 73) fere singulis; al. *singulis*. cf. 279. extr.

didores facit amicitia et adversas partens communicansque leviores.

Cap. VII. §. 23. Quumque<sup>75)</sup> plurimas et maximas commoditates amicitia contineat, tum illa nimis praestat omnibus, quod bonam spem<sup>76)</sup> praelucet in posterum nec debilitari animos aut cadere patitur. Verum enim amicum qui intuetur, tamquam exemplar aliquod intuetur sui. Quocirca et absentes adsunt et egentes abundant et imbecilli<sup>77)</sup> valent et, quod difficilius dictu est, mortui vivunt: tantus eos honos, memoria, disiderium prosequitur amicorum. Ex quo illorum beata mors videtur, horum vita laudabilis. Quod si exemeris ex rerum natura benevolentiae coniunctionem, nec domus ulla nec urbs stare poterit; ne agri quidem cultus permanebit. Id si minus intelligitur, quanta vis amicitiae concordiaeque sit, ex dissensionibus atque<sup>78)</sup> discordiis percipi potest. Quae enim domus tam stabilis, quae tam firma civitas est, quae non odiis atque dissidiis funditus possit everti? ex quo, quantum boni sit in amicitia, iudicari potest. §. 24. Agrigentinum quidem doctum quendam virum carminibus Graecis vaticinatum ferunt: quae in rerum natura totoque mundo constarent quaeque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. Atque hoc quidem omnes mortales et intelligunt et re probant. Itaque, si quando aliquod officium exstitit amici in periculis aut adeundis aut communicandis, quis est, qui id non maximis effera<sup>79)</sup> laudibus? Qui clamores tota<sup>80)</sup> cavea nuper in hospitis et amici mei M. Pacuvii<sup>81)</sup> nova fabula! quum ignorante rege, uter esset Orestes, Pylades Orestem se esse dicebat, ut pro illo necaretur; Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse perseveraret. Stantes plaudebant in re facta: quid arbitramur in vera facturos fuisse<sup>82)</sup>. Facile indicabat ipsa natura vim suam, quum homines, quod facere ipsi non possent, id recte fieri in altero iudicarent. Hactenus mihi videor, de amicitia quid sentirem<sup>83)</sup>, potuisse dicere: si qua<sup>84)</sup> praeterea sunt — credo autem esse multa — ab iis, si videbitur, qui ista disputant, quaeritote<sup>85)</sup>. §. 25. *Fann.* Nos autem a te potius: quamquam<sup>86)</sup> etiam ab ipsis saepe quaesivi et audivi non invitus equidem; sed aliud quoddam filum orationis tuae. *Scae.* Tum magis id dices, *Fanni*, si nuper in hortis Scipionis, quum est de re publica disputatum, affuisse: qualis tum patronus iustitiae fuit contra accuratam orationem Phili! *Fann.* Facile id quidem fuit iustitiam iustissimo viro defendere. *Scae.* Quid amicitiam<sup>87)</sup>? Nonne facile ei<sup>88)</sup>, qui ob eam summa fide, constantia iustitiaque<sup>89)</sup> servatam maximam gloriam ceperit?

Cap. VIII. §. 26. *Lael.* Vim hoc quidem<sup>90)</sup> est afferre! Quid enim

74) 430. 75) 723 med. 76) 383; al. bona spe. 77) imbecilli; al. imbecilles. cf. 101. 78) atque; al. atque ex. cf. 745. 79) 561. 80) 482. 81) Pacuvii; al. Pacuvii fuerunt. cf. 776. 82) 169. 83) 515. 84) 136 extr. 85) 583. 86) 341 extr. 87) 769. 88) al. ei defendere. cf. 774. 89) 783 extr. 90) 278.

refert<sup>91)</sup>, qua me ratione cogatis? Cogitis certe. Studiis enim generorum, praesertim in re bona, quum<sup>92)</sup> difficile est, tum ne aequum quidem obsistere. Saepissime igitur mihi de amicitia cogitanti maxime illud considerandum videri solet, utrum propter imbecillitatem atque inopiam desiderata sit amicitia, ut in dandis recipiensque meritis, quod quisque<sup>93)</sup> minus per se ipse posset, id acciperet ab alio vicissimque redderet; an esset hoc quidem proprium amicitiae, sed antiquior et pulchrior et magis a natura ipsa profecta alia causa? Amor enim, ex quo amicitia nominata<sup>94)</sup>, princeps est ad benevolentiam coniungendam. Nam utilitates quidem etiam ab iis percipiuntur saepe, qui simulatione amicitiae coluntur et observantur temporis causa<sup>95)</sup>: in amicitia autem nihil fictum, nihil simulatum; et, quidquid est, id et verum et voluntarium. §. 27. Quapropter a natura mihi videtur potius, quam ab indigentia orta amicitia, applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quam cogitatione, quantum illa res utilitatis esset<sup>96)</sup> habitura. Quod quidem quale sit, etiam in bestiis quibusdam animadverti potest, quae ex se natos ita amant ad quoddam tempus et ab eis ita amantur, ut facile earum sensus appareat. Quod in homine multo est evidentius; primum ex ea caritate, quae est inter natos et parentes, quae dirimi nisi<sup>97)</sup> detestabili scelere non potest; deinde, quum similis sensus exstitit amoris, si aliquem<sup>98)</sup> nacti sumus, cuius cum moribus et natura congruamus, quod in eo quasi lumen aliquod probitatis et virtutis perspicere videamur<sup>99)</sup>. §. 28. Nihil est enim amabilius virtute; nihil, quod magis alliciat ad diligendum: quippe quum<sup>100)</sup> propter virtutem et probitatem eos etiam, quos nunquam vidimus, quodam modo diligamus. Quis est, qui C. Fabricii, M'. Curii non cum caritate aliqua et benevolentia memoriam usurpet, quos nunquam viderit? Quis autem est, qui Tarquinium Superbum, qui Sp. Cassium, Sp. Maelium non oderit? Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho et Annibale: ab altero propter probitatem eius non nimis alienos animos habemus, alterum propter crudelitatem semper haec civitas oderit.

Cap. IX. §. 29. Quod si tanta vis probitatis est, ut eam vel in eis, quos nunquam vidimus, vel, quod maius est, in hoste etiam diligamus; quid mirum, si animi hominum moveantur, quum eorum, quibuscum usu coniuncti esse possunt, virtutem et bonitatem perspicere videantur<sup>99)</sup>? Quamquam<sup>101)</sup> confirmatur amor et beneficio accepto et studio perspecto et consuetudine adiuncta: quibus rebus ad illum primum motum animi et amoris exhibitis admirabilis quaedam<sup>102)</sup> exardescit benevolentiae magnitudo. Quam si qui putant ab imbecillitate proficiisci, ut sit, per quem assequatur, quod quisque desideret; humilem sane relinquunt et minime generosum, ut ita dicam,

91) 449. 92) quum; al. *tum.* cf. 723. 93) 710. 94) nominata; al. *nominata est.* cf. 776. 95) temporis causa; al. *causa temporis.* cf. 792. 96) esset habitura; al. *habitura sit.* cf. 515. 97) 801. 98) 708. 2. 99) 380 extr. 100) 346. extr. 1) 341. extr. 2) 707.

ortum amicitiae, quam ex inopia atque indigentia natam<sup>3)</sup> volunt. Quod si ita esset; ut quisque<sup>4)</sup> minimum in se esse arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus: quod longe secus est. §. 30. Ut enim quisque<sup>4)</sup> sibi plurimum confidit et ut quisque maxime virtute et sapientia sic munitus est, ut nullo egeat suaque omnia in se ipso<sup>5)</sup> posita iudicet; ita in amicitiis expetendis colendumque maxime excellit. Quid enim<sup>6)</sup>? Africanus indigens mei? Minime hercle! ac ne ego quidem illius: sed ego admiratione quadam virtutis eius, ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit; auxit benevolentiam consuetudo. Sed quamquam utilitates multae et<sup>7)</sup> magnae consecutae sunt, non sunt tamen ab earum spe causae diligendi profectae. §. 31. Ut enim benefici liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam — neque<sup>8)</sup> enim beneficium feneramur; sed naturâ propensi ad liberalitatem sumus — sic amicitiam non spe mercedis adducti, sed quod omnis eius fructus in ipso amore inest, expetendam putamus. §. 32. At ii, qui per eundem ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentunt: nec mirum. Nihil enim altum, nihil magnificum ac<sup>9)</sup> divinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem tamque contemptam. Quamobrem hos quidem ab hoc sermone removeamus: ipsi autem intelligamus, naturâ gigni sensum diligendi et benevolentiae caritatem facta significatione probitatis: quam<sup>10)</sup> qui appetiverunt, applicant sese et proprius admovent, ut et usu eius, quem diligere cooperunt, fruantur et moribus sintque pares in amore et aequales propensioresque ad bene merendum quam ad reposendum. Atque haec inter eos sit honesta certatio. Sic et utilitates ex amicitia maximae capientur, et erit eius ortus a natura quam ab imbecillitate et gravior et verior. Nam, si utilitas amicitias conglutinaret, eadem<sup>11)</sup> commutata dissolveret: sed, quia natura mutari non potest, idcirco verae amicitiae sempiternae sunt. — Ortum quidem<sup>12)</sup> amicitiae videtis, nisi<sup>13)</sup> quid ad haec forte vultis. *Fann.* Tu vero<sup>14)</sup> perge, Lael! pro hoc enim, qui minor est natu, meo iure respondeo. §. 33. *Scaev.* Recte tu quidem<sup>12)</sup>: quamobrem audiamus.

Cap. X. *Lael.* Audite ergo, optimi viri, ea, quae saepissime inter me et Scipionem de amicitia disserebantur: quamquam ille quidem nihil difficilis esse dicebat<sup>15)</sup>, quam amicitiam usque ad extremum vitae<sup>16)</sup> permanere. Nam vel, ut non idem expediret, incidere saepe; vel, ut de re publica non idem sentiretur: mutari etiam mores hominum saepe dicebat, alias adversis rebus, alias<sup>17)</sup> aetate ingravescente. Atque earum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis aetatis, quod summi puerorum amores saepe una

3) natam volunt; al. *nasci volunt.* cf. 611. 4) 710. 5) ipso; al. *ipse.* cf. 696. 6) 769. 7) 756. 8) 807. [808 ed. IX.]. 9) ac divinum; al. *nec divinum.* cf. 337. extr. 10) 803. 11) 697. 12) 278. 13) 526. 14) 716. 15) 502. 16) *ad extremum vitae* [quod quidem abhorret a consuetudine Ciceronis. cf. 435. Quamquam idem Lael. §. 14: cuius disputationis fuit extremum]; al. *ad extremum vitae diem.* 17) cf. 723.

cum praetexta ponerentur<sup>18)</sup>); §. 34. sin autem ad adolescentiam perduxissent, dirimi tamen interdum contentione vel uxoriae conditionis vel commodi alicuius, quod idem adipisci uterque non posset Quod<sup>19)</sup> si qui longius in amicitia proiecti essent, tamen saepe labefactari, si in honoris contentionem incidissent: pestem enim maiorem esse nullam in amicitiis, quam in plerisque pecuniae cupiditatem, in optimis quibusque<sup>20)</sup> honoris certamen et gloriae; ex quo inimicitias maximas saepe inter amicissimos exstisset<sup>21)</sup>). §. 35. Magna etiam dissidia et plerumque iusta nasci, quum aliquid ab amicis, quod rectum non esset, postularetur, ut aut libidinis ministri aut adiutores essent ad iniuriam. Quod<sup>10)</sup> qui recusarent, quamvis<sup>22)</sup> honeste id facerent, ius tamen amicitiae deserere arguerentur ab iis, quibus obsequi nollent; illos autem, qui quidvis ab amico auderent postulare, postulatione ipsa profiteri, omnia se amici causa esse facturos. Eorum querela inveteratas non modo familiaritates extingui solere, sed etiam odia gigni sempiterna. Haec ita multa quasi fata impendere amicitiis, ut omnia subterfugere non modo sapientiae<sup>23)</sup>, sed etiam felicitatis diceret<sup>24)</sup> sibi videri.

Cap. XI. §. 36. Quamobrem id primum videamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Num<sup>25)</sup>, si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuerunt<sup>26)</sup>? Num Viscellinum amici regnum appetentem, num Sp. Mælium debuerunt iuvare? §. 37. Ti. quidem Gracchum rem publicam vexantem a Q. Tuberone aequalibusque amicis derelictum videbamus. At C. Blossius Cumanus<sup>27)</sup>, hospes familiae vestrae, Scaevola, quum ad me, qui aderam Laenati et Rupilio consulibus in consilio, deprecatum<sup>28)</sup> venisset, hanc, ut sibi ignoscerem, causam afferebat, quod tanti Ti. Gracchum fecisset<sup>18)</sup>, ut, quidquid ille vellet, sibi faciendum putaret. Tum ego: Etiamne<sup>29)</sup>, inquam, si te in Capitolium faces ferre vellet? „Nunquam, inquit<sup>30)</sup>, voluisset id quidem“<sup>12)</sup>. Sed, si voluisset? „Paruisse.“ Videtis, quam nefaria vox. Et hercule ita fecit, vel<sup>31)</sup> plus etiam<sup>32)</sup>, quam dixit: non<sup>33)</sup> enim paruit ille Ti. Gracchi temeritati, sed praefuit; nec se comitem illius furoris, sed ducem praebuit. Itaque hac amentia, quaestione nova perterritus, in Asiam profugit, ad hostes se contulit, poenas rei publicae graves iustasque persolvit. Nulla est igitur<sup>34)</sup> excusatio peccati, si amici causa peccaveris<sup>35)</sup>: nam, quum conciliatrix amicitiae virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si a virtute defeceris<sup>35)</sup>). §. 38. Quod si rectum statuerimus vel concedere amicis, quidquid velint, vel impetrare ab eis, quidquid velimus; perfecta quidem sapientia simus, si nihil habeat res vitii: sed loquimur de iis amicis, qui ante oculos sunt, quos vidimus aut de quibus memoriam accepimus, quos novit vita communis. Ex hoc numero nobis ex-

18) 549. 19) 806. [807 ed. IX]. 20) 710. b. 21) 603. (603, 3 ed. IX). 22) 574. 23) 448. Anm. extr. 24) cf. 551. 25) Num; al. nonne. cf. 352. 26) debuerunt; al. debuere. cf. 163. 27) 683. 28) 668. 2. 29) 352. 30) 802. 31) 336. 32) 486. 33) 808. 34) 355. 35) 381.

empla sumenda sunt, et eorum quidem maxime, qui ad sapientiam proxime accedunt. §. 39. Videmus Papum Aemilium C. Luscino familiarem fuisse — sic a patribus accepimus — bis una consules, collegas in censura: tum et cum iis et inter se coniunctissimos fuisse M'. Curium et <sup>36)</sup> Ti. Coruncanum memoriae proditum est. Igitur <sup>37)</sup> ne suspicari quidem possumus, quemquam horum ab amico quidpiam contendisse, quod contra fidem, contra ius iurandum, contra <sup>38)</sup> rem publicam esset. Nam hoc quidem in talibus viris quid attinet dicere, si contendisset, impetraturum non fuisse <sup>39)</sup>; quum illi sanctissimi viri fuerint; aequae autem nefas sit tale aliquid et facere rogatum et rogare? At vero Ti. Gracchum sequebantur C. Carbo, C. Cato, et minime tunc <sup>40)</sup> quidem Caius frater, nunc idem acerrimus.

Cap. XII. §. 40. Haec igitur lex in amicitia sanciatur, ut neque rogemus res turpes nec faciamus rogati. Turpis enim excusatio est et minime accipienda quum in ceteris peccatis, tum <sup>41)</sup> si quis contra rem publicam se amici causa fecisse fateatur. Etenim eo loco, Fanni et Scaevola, locati sumus, ut nos longe prospicere <sup>42)</sup> oporteat futuros casus rei publicae. Deflexit iam aliquantulum de spatio curriculoque consuetudo maiorum. §. 41. Ti. Gracchus regnum occupare conatus est, vel <sup>31)</sup> regnavit is quidem paucos menses. Num quid <sup>43)</sup> simile populus Romanus audierat aut viderat? Hunc etiam post mortem secuti amici et propinqui quid in P. Scipione effecerint, sine lacrimis non queo dicere. Nam Carbonem, quoquo modo potuimus, propter recentem poenam Ti. Gracchi sustinuimus. De C. autem Gracchi tribunatu quid exspectem, non libet augurari: serpit deinde res, quae proclivius ad perniciem, quum semel coepit, labitur. Videtis in tabella iam ante quanta facta sit labes, primo Gabinia lege, biennio autem post Cassia. Videre iam videor <sup>44)</sup> populum a senatu disiunctum, multitudinis arbitrio res maximas agi. Plures enim dissent, quemadmodum haec fiant, quam quemadmodum his resistatur. §. 42. Quorsum haec <sup>45)</sup>? quia sine sociis nemo quidquam <sup>46)</sup> tale conatur. Praecipiendum est igitur bonis, ut, si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint, ne existiment ita se alligatos, ut ab amicis in re publica peccantibus non discedant: improbis autem poena statuenda est; nec vero minor iis, qui secuti erunt alterum, quam iis, qui ipsi fuerint impietatis duces. Quis clarior in Graecia Themistocle? quis potentior? qui, quum imperator bello Persico servitute Graeciam liberasset propterque invidiam in exsilium isset, ingratiae patriae iniuriam non tulit, quam ferre debuit <sup>47)</sup>: fecit idem, quod xx annis ante apud nos fecerat Coriolanus. His adiutor contra patriam inventus est nemo: itaque mortem sibi uterque concivit. §. 43. Quare talis improborum consensio non modo excusatione amicitiae tegenda non est, sed potius omni suppicio vin-

36) et Ti. Coruncanum; al. *Ti. Coruncanum.* cf. 783. 37)  
357. 38) 821. 39) 169. 40) tunc quidem; al. *tum quidem.* cf.  
285. 41) 723. 42) 625. 43) 708. 44) 380. 45) 770. 46)  
709. 47) 518.

dicanda, ut ne<sup>48)</sup> quis [sibi] concessum putet, amicum vel<sup>49)</sup> bellum patriae inferentem sequi. Quod quidem, ut res coepit ire, haud scio, an<sup>50)</sup> aliquando futurum sit: mihi autem non minori curae est, qualis res publica post mortem meam futura sit, quam qualis hodie sit.

Cap. XIII. §. 44. Haec igitur prima lex amicitiae sanciatur, ut ab amicis honesta petamus, amicorum causa honesta faciamus; ne exspectemus quidem, dum rogemur; studium semper adsit, cunctatio absit; consilium vero dare audeamus libere<sup>51)</sup>. Plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valeat auctoritas, eaque et adhibeatur ad monendum non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulabit; et adhibitae pareatur. §. 45. Nam quibusdam, quos audio sapientes habitos in Graecia, placuisse opinor mirabilia quaedam: — sed nihil est, quod illi non persequantur suis argutiis — partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit unum sollicitum esse pro pluribus; satis superque esse suarum cuique<sup>52)</sup> rerum; alienis<sup>53)</sup> nimis implicari molestum esse: commodissimum esse, quam<sup>54)</sup> laxissimas habenas habere amicitiae, quas vel adducas, quum velis, vel remittas; caput enim esse ab beate vivendum securitatem, qua frui non possit animus, si tamquam parturiat unus pro pluribus. §. 46. Alios autem dicere aiunt multo etiam inhumanius — quem locum breviter perstrinxi paullo ante — praesidii adiumentique causa, non benevolentiae neque caritatis amicitias esse expetendas. Itaque, ut quisque minimum firmitatis habeat minimumque virium, ita amicitias appetere maxime: ex eo fieri, ut mulierculae magis amicitiarum praesidia quaerant quam viri, et inopes quam opulent, et calamitosi quam ii, qui putantur beati. §. 47. O<sup>55)</sup> paeclarum sapientiam! Solem enim e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt: qua<sup>56)</sup> nihil a diis immortalibus melius habemus, nihil iucundius. Quae est enim ista securitas? specie quidem blanda, sed reapse<sup>57)</sup> multis<sup>58)</sup> locis repudianda. Neque enim est consentaneum ullam honestam rem actionem, ne sollicitus sis, aut non suspicere aut susceptam deponere. Quod si curam fugimus, virtus fugienda est, quae necesse est cum<sup>59)</sup> aliqua cura res sibi contrarias aspernetur atque oderit; ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignaviam fortitudo. Itaque videas<sup>60)</sup> rebus iniustis iustos maxime dolere, imbellibus fortes, flagitiis modestos. Ergo hoc proprium est animi<sup>61)</sup> bene constituti, et laetari bonis rebus et dolere contrariis. §. 48. Quamobrem, si cadit in sapientem animi dolor — qui profecto cadit, nisi ex eius animo extirpatam humanitatem arbitramur<sup>62)</sup> — quae causa est, cur<sup>63)</sup> amicitiam funditus tollamus e vita, ne alias<sup>64)</sup> propter eam susci-

48) 347. Ann. 49) vel bellum; al. *bellum*. cf. 734. 50) 721.  
51) 789. extr. 52) 800. 53) 489 extr. ed. IX. 54) quam  
laxissimas; al. *laxissimas*. cf. 108. 55) 402. 56) 803. 57) re-  
apse; al. *re ipsa*. cf. 132. 58) 481. 59) cum; al. *ut cum*. cf. 625.  
60) 527. 61) 411. 62) arbitramur; al. *arbitremur*. cf. 526. 63)  
562. 64) 708. 2.

piamus molestias? Quid enim interest, motu animi sublato, non dico inter hominem et pecudem, sed inter hominem et saxum aut truncum aut quidvis generis eiusdem? Neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram et quasi ferream quandam<sup>65)</sup> volunt: quae quidem est quum<sup>66)</sup> multis in rebus, tum in amicitia tenera atque tractabilis, ut et bonis amici quasi diffundatur et incommodis contrahatur. Quamobrem angor iste, qui pro amico saepe capiendus est, non tantum valet, ut tollat e vita amicitiam; non plus, quam ut virtutes, quia nonnullas curas et molestias afferunt, repudientur.

Cap. XIV. Quum autem contrahat amicitiam, ut supra dixi, si qua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet et adiungat: id quum contingit<sup>67)</sup>, amor exoriatur necesse est. §. 49. Quid enim tam absurdum, quam delectari multis inanibus rebus, ut honore, ut gloria, ut aedificio, ut vestitu cultuque corporis; animo autem virtute praedito, eo, qui vel amare vel, ut ita dicam, redamare possit, non admodum delectari? Nihil est enim remuneratione benevolentiae, nihil vicissitudine studiorum officiorumque iucundius. §. 50. Quod si etiam illud addimus, quod recte addi potest, nihil esse quod ad se rem ullam tam alliciat et tam attrahat, quam ad amicitiam similitudo: concedetur profecto verum esse, ut<sup>68)</sup> bonos boni diligent adsciscantque sibi quasi propinquitate coniunctos atque natura. Nihil est enim appetentius similium sui<sup>69)</sup>, nihil rapacius, quam natura. Quamobrem hoc quidem, Fanni et Scaevola, constat, ut opinor, bonis inter bonos<sup>70)</sup> quasi necessariam benevolentiam<sup>71)</sup>; qui est amicitiae fons a natura constitutus. Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. Non est enim<sup>72)</sup> inhumana virtus neque immunis neque superba, quae etiam populos universos tueri eisque optime consulere soleat<sup>73)</sup>; quod non faceret profecto, si a caritate vulgi abhorret. §. 51. Atque etiam mihi quidem videntur, qui utilitatis causa fingunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiae tollere. Non enim tam utilitas parta per amicum, quam amici amor ipse delectat: tumque illud fit, quod ab amico est profectum, iucundum, si cum studio est profectum; tantumque abest, ut amicitiae propter indigentiam colantur ut<sup>74)</sup> ii, qui opibus et copiis maximeque virtute praediti, in qua plurimum est praesidii, minime alterius indigeant, liberalissimi sint et beneficentissimi. Atque haud scio, an<sup>75)</sup> ne opus sit quidem, nihil unquam omnino deesse amicis. Ubi enim studia nostra vigissent, si nunquam consilio, nunquam opera nostra nec domi nec militiae<sup>76)</sup> Scipio egisset? Non igitur utilitatem amicitia, sed utilitas amicitiam consecuta est.

Cap. XV. §. 52. Non ergo erunt homines deliciis diffluentes audiendi, si quando de amicitia, quam nec usu nec ratione ha-

65) 707. 66) quum; al. *tum*. cf. 723. 67) contingit; al. *contigerit*. cf. 579. 68) 623. 69) 411 extr. 70) 798. 71) benevolentiam; al. *benevolentiam esse*. cf. 776. 72) non est enim; al. *non enim est*. cf. 355. 73) 564. 74) 779. 75) 721. 76) 400.

bent<sup>77)</sup> cognitam, disputabunt. Nam quis est, pro deum<sup>78)</sup> fidem atque hominum! qui velit, ut neque diligit quemquam nec ipse ab ullo diligatur, circumfluere omnibus copiis atque in omnium rerum abundantia vivere? Haec est enim tyrannorum vita, in qua nimurum nulla fides, nulla caritas, nulla stabilis benevolentiae potest esse fiducia; omnia semper suspecta atque sollicita; nullus locus amicitiae. §. 53. Quis enim aut eum diligit, quem metuat<sup>79)</sup>? aut eum, a quo se metui putet<sup>79)</sup>? Coluntur tamen simulatione dumtaxat ad tempus. Quod si forte, ut fit plerumque, ceciderint; tum intelligitur, quam fuerint inopes amicorum. Quod Tarquinium dixisse ferunt, tum (exsulanter) se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, quum iam neutris gratiam referre posset. §. 54. Quamquam miror, illâ<sup>80)</sup> superbiâ et importunitate, si quemquam<sup>81)</sup> habere potuit. Atque, ut huius, quem dixi, mores veros amicos parare non potuerunt<sup>82)</sup>, sic multorum opes praepotentium excludunt amicitias fideles. Non enim solum ipsa fortuna caeca est, sed eos etiam plerumque efficit caecos, quos complexa est. Itaque efferruntur fere fastidio et contumacia: neque quidquam<sup>83)</sup> insipiente fortunato intollerabilius fieri potest. Atque hoc quidem videre licet, eos, qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari, sperni ab iis veteres amicitias, indulgeri novis. §. 55. Quid autem stultius, quam quum plurimum copiis, facultatibus, opibus possint, cetera parare, quae parantur pecunia, equos, famulos, vestem egregiam, vasa pretiosa; amicos non parare, optimam et pulcherimam vitae, ut ita dicam, supellectilem? Etenim cetera quum parant, cui parent, nesciunt, nec cuius causa laborent; eius est enim istorum quidque<sup>84)</sup>, qui vincit viribus: amicitiarum sua cuique permanet stabilis et certa possessio, ut, etiam si illa maneat<sup>85)</sup>, quae sunt quasi dona Fortunae, tamen vita inculta et deserta ab amicis non possit esse iucunda. Sed haec hactenus.

Cap. XVI. §. 56. Constituendi sunt autem, qui sint in amicitia fines et quasi termini diligendi; de quibus tres video sententias ferri, quarum nullam probo: unam, ut eodem modo erga amicos affecti simus, quo erga nosmet ipsos; alteram, ut nostra in amicos benevolentia illorum erga nos benevolentiae pariter aequaliterque respondeat; tertiam, ut, quanti quisque se ipse<sup>86)</sup> facit, terti fiat ab amicis. §. 57. Harum trium sententiarum nulli prorsus assentior. Nec enim illa prima vera est, ut, quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus. Quam multa enim, quae nostra<sup>87)</sup> causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum<sup>88)</sup>! precari ab

77) 634. 78) deûm; al. deorum. "Vel pro deûm dico vel pro deorum." Cie. Orator c. 46. 79) metuat — putet; al. metuit — putet. cf. 556. 80) illâ. cf. 471; al. in illa. cf. 317; al. pro illa. cf. 312. 81) 709. b. 82) potuerunt; al. potuere. cf. 163. 83) 675 extr. 84) quidque; al. quodque. cf. 137. 85) 524. 86) se ipse; al. se ipsum. cf. 696. 87) nostra; al. nostri. cf. 424. 88) causa amicorum; al. amicorum causa. cf. 792.

indigno, supplicare, tum acerbius in aliquem invehi insectarique vehementius; quae in nostris rebus non satis honeste<sup>89)</sup>, in amicorum<sup>90)</sup> fiunt honestissime: multaeque res sunt, in quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt<sup>91)</sup> detrahique patiuntur, ut iis amici potius quam ipsi fruantur. §. 58. Altera sententia est, quae definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus. Hoc quidem est nimis exigue et exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par sit ratio acceptorum et datorum. Divitior<sup>92)</sup> mihi et affluentior videtur esse vera amicitia nec observare restrictive, ne plus reddat, quam accepit. Neque enim<sup>93)</sup> verendum est, ne quid excidat; aut, ne quid in terram defluat; aut, ne plus aequo in amicitiam congeratur. §. 59. Tertius vero ille finis deterrimus, ut, quanti quisque se ipse<sup>94)</sup> faciat, tanti fiat ab amicis. Saepe enim in quibusdam aut animus abiectior<sup>95)</sup> esse in eum, qualis ille in se est; sed potius eniti et efficere, ut amici iacentem animum excitet inducatque in spem cogitationemque meliorem. Alius igitur finis verae amicitiae constituendus est, si prius, quid maxime reprehendere Scipio solitus sit, edixero. Negabat ullam vocem inimiciorem amicitiae potuisse reperiri quam eius, qui dixisset ita amare oportere, ut si aliquando<sup>96)</sup> esset osurus: nec vero se adduci posse<sup>96)</sup>, ut hoc, quemadmodum putaretur, a Biante esse dictum crederet, qui sapiens habitus esset<sup>97)</sup> unus e septem; impuri cuiusdam aut ambitiosi aut omnia ad suam potentiam revocantis esse sententiam. Quonam enim modo quisquam<sup>98)</sup> amicus esse poterit, cui<sup>99)</sup> se putabit inimicum esse posse? Quin etiam necesse erit cupere et optare, ut quam saepissime peccet amicus, quo plures det sibi tamquam ansas ad reprehendendum: rursum autem recte<sup>200)</sup> factis commodisque amicorum [necesse erit] angi, dolere, invidere. §. 60. Quare hoc quidem praeceptum, cuiuscunque est<sup>1)</sup>, ad tollendam amicitiam valet. Illud potius praeципendum fuit<sup>2)</sup>, ut eam diligentiam adhiberemus<sup>3)</sup> in amicitiis comparandis, ut ne quando amare inciperemus eum, quem aliquando odissemus. Quia etiam si minus felices in diligendo fuissimus, ferendum id Scipio potius quam inimicitarum tempus cogitandum putabat.

Cap. XVII. §. 61. His igitur finibus utendum arbitror, ut, quum commendati mores amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, voluntatum sine ulla<sup>4)</sup> exceptione communitas: ut etiam, si qua fortuna acciderit, ut minus<sup>5)</sup> iustae amicorum voluntates adiuvandae sint, in quibus eorum aut caput agatur aut fama, decli-

89) 774. 90) 767. 91) 563. 92) divitior; al. *ditior*. cf. 102. Anm. 1. 93) 807. [808 ed. IX]. 94) 104. Anm. 95) 608. 96) scil. dicebat. cf. 774. 97) esset; al. *est*. cf. 545. 98) 709. 99) 765. 200) 722. 2. 1) est; al. *sit*. cf. 521. 2) fuit; al. *est*. cf. 518 extr. 3) adhiberemus; al. *adhibeamus*. cf. 514. 4) 709 extr. 5) 731.

zenoffer 33

nandum sit de via; modo<sup>6)</sup> ne summa turpitudo sequatur: est enim quatenus amicitiae dari venia possit. Nec vero negligenda est fama; nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium, quam blanditiis et assentando<sup>8)</sup> colligere turpe est. Virtus, quam sequitur caritas, minime repudianda est. §. 62. Sed<sup>9)</sup> saepe — etenim redeo<sup>10)</sup> ad Scipionem, cuius omnis sermo erat de amicitia — querebatur, quod<sup>11)</sup> omnibus in rebus homines diligentiores essent: capras et oves quot quisque haberet, dicere posse; amicos quot haberet, non posse dicere: et in illis quidem darandis adhibere curam, in amicis eligendis<sup>8)</sup> negligentes esse nee habere quasi signa quaedam et notas, quibus eos, qui ad amicitiam essent idonei, iudicarent. Sunt igitur firmi et stabiles et constantes eligendi, cuius generis est magna penuria: et iudicare difficile est sane nisi expertum<sup>12)</sup>; experiendum est autem in ipsa amicitia: ita praecurrit amicitia iudicium tollitque experiendi potestatem. §. 63. Est igitur prudentis sustinere, ut currum, sic impetum benevolentiae, quo utamur, quasi equis tentatis, sic amicitias, aliqua parte periclitatis moribus amicorum. Quidam saepe in parva pecunia perspiciuntur quam sint leves; quidam, quos parva movere non potuit, cognoscuntur in magna. Sin<sup>13)</sup> erunt aliqui reperti, qui pecuniam praeferre amicitiae sordidum existiment: ubi eos inveniemus, qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes amicitiae non anteponant<sup>14)</sup>, ut, quum ex altera parte proposita haec sint, ex altera ius amicitiae, non multo illa malint? Imbecilla enim natura est ad contemnendam potentiam: quam etiam si neglecta amicitia consecuti sunt, obscuratum iri arbitrantur, quia non sine magna causa sit neglecta amicitia. §. 64. Itaque verae amicitiae difficillime reperiuntur in iis, qui in honoribus reque publica versantur. Ubi enim istum invenias, qui honorem amici anteponat suo?<sup>15)</sup>. Quid? haec ut omittam, quam graves, quam difficiles plerisque videntur calamitatum societas! ad quas non est facile inventu<sup>16)</sup> qui descendat. Quamquam Ennius recte<sup>17)</sup>:

*Amicus certus in re incerta<sup>18)</sup> cernitur:*

tamen haec duo levitatis<sup>19)</sup> et infirmitatis plerosque convincunt, aut si in bonis rebus contemnunt aut in malis deserunt.

Cap. XVIII. Qui igitur utraque in re gravem, constantem, stabilem se in amicitia praestiterit, hunc ex maxime raro hominum genere iudicare debemus et paene divino. §. 65. Firmamentum autem stabilitatis constantiaeque eius, quam in amicitia quaerimus, fides est. Nihil enim stabile est, quod infidum. Simplicem praeterea et communem et consentientem, qui rebus eisdem moveatur, eligi par est: quae omnia pertinent ad fidelitatem. Neque enim fidum

6) 572 extr. 7) cf. 752. 8) 667. 9) 348. Anm. 10) etenim redeo; al. *redeo enim*, cf. 345. Anm. 11) 629 extr. 12) 608. 13) sin; al. *si vero*, cf. 342. Anm. et Lael. §. 78. 14) anteponant; al. *anteponunt*, cf. 561. 15) 789. 16) inventu; al. *inventus*, cf. 670. 17) recte; al. *recte inquit*, cf. 772. 18) 822. 19) 446.

potest esse multiplex ingenium et tortuosum; neque vero, qui non eisdem rebus movetur naturaque consentit, aut fidus aut stabilis potest esse. Addendum eodem est, ut ne<sup>29)</sup> criminibus aut inferendis delectetur aut credat oblatis: quae omnia pertinent ad eam, quam iamdudum tracto, constantiam. Ita fit verum illud, quod initio dixi, amicitiam nisi<sup>21)</sup> inter bonos esse non posse. Est enim boni viri, quem eundem<sup>22)</sup> sapientem licet dicere, haec duo tenere in amicitia: primum, ne quid fictum sit neve<sup>23)</sup> simulatum; aperte enim vel<sup>24)</sup> odisse magis ingenui<sup>25)</sup> est, quam fronde occultare sententiam: deinde, non solum ab aliquo allatas criminationes repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum, semper aliquid existimantem<sup>26)</sup> ab amico esse violatum. §. 66. Accedat<sup>27)</sup> huc suavitas quaedam oportet sermonum atque morum, haudquaquam mediocre condimentum amicitiae. Tristitia autem et in omni re severitas, habet illa<sup>28)</sup> quidem gravitatem; sed amicitia remissior esse debet et liberior et dulcior et ad omnem comitatem facilitatemque proclivior.

Cap. XIX. §. 67. Exsistit autem hoc loco<sup>29)</sup> quaedam quaestio subdifficilis: num quando amici novi, digni amicitia, veteribus sint anteponendi, ut equis vetulis teneros anteponere solemus? — Indigna homine dubitatio! Non enim amicitiarum debent esse, sicut aliarum rerum, satietates<sup>30)</sup>. Veterima quaeque<sup>31)</sup>, ut ea vina, quae vetustatem ferunt, esse debent suavissima: verumque illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit. §. 68. Novitates<sup>30)</sup> autem, si spent affrunt, ut, tamquam in herbis non fallacibus, fructus appareat, non sunt illae<sup>28)</sup> quidem repudianda; vetustas tamen suo loco conservanda: maxima est enim<sup>32)</sup> vis vetustatis et consuetudinis. Quin ipso equo, cuius modo mentionem feci, si nulla res impedit, nemo est, qui non eo, quo consuevit, libentius utatur<sup>33)</sup> quam intractato et novo: nec vero<sup>34)</sup> in hoc, quod est animal, sed in iis etiam, quae sunt inanima, consuetudo valet: quum locis ipsis delectemur, montuosis etiam et silvestribus, in quibus diutius commorati sumus.

§. 69. Sed maximum est in amicitia, superiorum parem esse inferiori: saepe enim excellentiae<sup>30)</sup> quaedam sunt, qualis erat Scipionis in nostro, ut ita dicam, grege. Nunquam se ille Philo, nunquam Rupilio, nunquam Mummio anteposuit, nunquam<sup>35)</sup> inferioris ordinis amicis. Q. vero Maximum fratrem, egregium virum omnino, sibi<sup>36)</sup> nequaquam parem, quod is anteibat aetate, tamquam superiorum colebat suosque omnes per se esse ampliores volebat. §. 70. Quod faciendum imitandumque est omnibus, ut, si quam praestantiam virtutis, ingenii, fortunae consecuti sunt, impertiant ea suis communificantur cum<sup>37)</sup> proximis; ut, si parentibus<sup>38)</sup> nati sint humilibus,

20) 347 Ann. 21) 801. 22) 697. 23) 535. 24) 734. 25)  
ingenui; al. *ingenum*. cf. 448. 26) 608. 27) 625. 28) 744. 29)  
581. 30) 92. 31) 710. b. 32) est enim; al. *enim est*. cf. 355. 33)  
416. 34) 807. [808 ed. IX]. 35) 821. 36) 781. 37) cum proximi-  
mis; al. *proximis*. cf. 416. 38) 451.

si propinquos habeant imbecilliores vel animo vel fortuna, eorum augeant opes eisque honori sint et dignitati: ut in fabulis, qui aliquamdiu propter ignorationem stirpis et generis in famulatu fuerint, quum cogniti sunt et aut deorum aut regum filii inventi, retinent tamen caritatem in pastores, quos patres multos annos esse duxerunt. Quod multo profecto magis in veris patribus certisque faciendum<sup>39)</sup>. Fructus enim ingenii et virtutis omnisque praestantiae tum maximus capit, quum in proximum quemque<sup>40)</sup> confertur.

Cap. XX. §. 71. Ut igitur ii, qui sunt in amicitiae coniunctio-  
nisque necessitudine superiores, exaequare se cum inferioribus de-  
bent: sic inferiores non dolere, se a suis aut ingenio aut fortuna aut  
dignitate superari. Quorum plerique aut queruntur semper aliquid  
aut etiam exprobrant: eoque magis, si habere se putant, quod offi-  
ciose et amice et cum<sup>41)</sup> labore aliquo suo factum queant<sup>42)</sup> dicere.  
Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium: quae meminisse  
debet is, in quem collata sunt, non<sup>36)</sup> commemorare, qui contulit.  
§. 72. Quamobrem, ut ii, qui superiores sunt, summittere se debent  
in amicitia, sic quodam modo inferiores extollere. Sunt enim qui-  
dam, qui molestas amicitias faciunt<sup>43)</sup>, quum ipsi se contemni putant:  
quod non fere contingit nisi iis, qui etiam contemnendos se ar-  
bitrantur; qui hac opinione non modo verbis, sed etiam opere le-  
vandi sunt. §. 73. Tantum autem cuique tribuendum<sup>39)</sup>, primum,  
quantum ipse efficere possis; deinde etiam, quantum ille, quem dili-  
gas atque adiuves, sustinere. Non enim tu possis, quamvis licet<sup>44)</sup>  
exellas, omnes tuos ad honores amplissimos perducere: ut Scipio  
P. Rupilium potuit consulem efficere, fratrem eius Lucium non potuit.  
Quod si etiam possis quidvis deferre ad alterum, videndum est ta-  
men, quid ille possit sustinere. §. 74. Omnia amicitiae, corroborati  
iam confirmatisque et ingenii et aetatibus, iudicandae sunt: nec,  
si qui ineunte aetate venandi aut pilae studiosi fuerint, eos habere  
necessarios, quos tum eodem studio praeditos dilexerunt. Isto enim  
modo nutrices et paedagogi iure vetustatis plurimum benevolentiae  
postulabunt; qui negligendi quidem non sunt, sed alio quodam modo.  
Aliter amicitiae stabiles permanere non<sup>45)</sup> possunt. Dispari enim  
mores disperita studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat ami-  
citias: nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis  
amici esse non<sup>45)</sup> possunt, nisi quod tanta est inter eos, quanta<sup>46)</sup>  
maxima potest esse, morum studiorumque distantia. §. 75. Recte  
etiam praecipi potest in amicitiis, ne intemperata quaedam benevo-  
lentia, quod persaepe fit, impediatur magnas utilitates amicorum. Nec  
enim, ut ad fabulas redeam, Troiam Neoptolemus capere potuisset,  
si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lacrimis iter  
suum impedientem audire voluisset. Et saepe incident magna res,  
ut discedendum<sup>47)</sup> sit ab amicis: quas qui impedire vult, quod de-  
siderium non facile ferat, is et infirmus est mollisque natura, et ob  
eam ipsam causam in amicitia parum iustus. §. 76. Atque in omni

39) 776. Anm. 40) 710. b. 41) 472. 42) 562. 43) 563.  
44) 574 Anm. extr. ed. IX. 45) 799. 46) 689. 47) 654 extr.

re considerandum est, et quid postules ab amico, et quid patiare<sup>48)</sup> a te impetrari.

Cap. XXI. Est etiam quasi quaedam calamitas in amicitiis dimittendis nonnunquam necessaria: iam enim a sapientium familiaritibus ad vulgares amicitias oratio nostra delabitur. Erumpunt saepe vitia amicorum tum<sup>49)</sup> in ipsos amicos, tum in alienos, quorum tamen ad amicos redundet<sup>50)</sup> infamia. Tales igitur amicitiae sunt remissione usus eluendae et, ut Catonem dicere audivi, dissuendae magis, quam discindendae; nisi quaedam admodum intolerabilis iniuria exarserit, ut neque rectum neque honestum sit nec fieri possit, ut non<sup>51)</sup> statim alienatio disiunctioque facienda sit. §. 77. Sin autem morum aut studiorum commutatio quaedam, ut fieri solet, facta erit, aut in rei publicae partibus dissensio intercesserit — loquor enim iam, ut paullo ante dixi, non de sapientium, sed de communibus amicitiis — cavendum erit, ne<sup>52)</sup> non solum amicitiae depositae, sed inimicitiae etiam susceptae videantur. Nihil enim turpius, quam cum eo bellum gerere, quicum<sup>53)</sup> familiariter vixeris. Ab amicitia Q. Pompeii meo nomine<sup>54)</sup> se removerat, ut scitis, Scipio; propter dissensionem autem, quae erat in re publica, alienatus est a collega nostro Metello: utrumque egit graviter, auctoritate et offensione animi non acerba. §. 78. Quamobrem primum danda opera est, ne qua amicorum dissidia fiant: sin tale aliquid evenerit, ut extinctae potius amicitiae quam oppressae esse videantur. Cavendum vero, ne<sup>52)</sup> etiam in graves inimicitias convertant se amicitiae: ex quibus iurgia, maledicta, contumeliae gignuntur. Quae tamen si tolerabiles erunt, ferendae sunt; et hic honos<sup>55)</sup> veteri amicitiae tribuendus, ut is in culpa sit, qui faciat, non is, qui patiatur iniuriam.

Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio est atque una provisio, ut ne nimis cito diligere incipient, neve non dignos. §. 79. Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligentur. Rarum genus! et quidem omnia praeclara rara<sup>56)</sup>, nec quidquam difficilius quam reperire, quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. Sed plerique neque in rebus humanis quidquam bonum<sup>57)</sup> norunt, nisi quod fructuosum sit<sup>58)</sup>, et amicos tamquam pecudes eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos. §. 80. Ita pulcherrima illa et maxime naturali carent amicitia per se et propter se expetenda, nec ipsi sibi exemplo sunt, haec vis amicitiae qualis et quanta sit. Ipse enim se quisque diligit, non ut aliquam a se ipse mercedem exigat caritatis suae, sed quod per se sibi quisque carus est. Quod nisi idem in amicitiam transferetur, verus amicus nunquam reperiatur: est enim is quidem tamquam alter idem. §. 81. Quod si hoc ap-

48) 166. 49) tum; al. quum. cf. 723. 50) redundet; al. redundant. cf. 555. 51) 539. 52) 534. 53) quicum; al. quo cum. cf. 561 extr. ed. IX. 54) 679. 55) honos; al. honor. cf. 59. d. 56) 776 extr. 57) quidquam bonum; al. quidquam boni. cf. 433. 58) sit; al. est. cf. 558.

paret in bestiis, volucribus, nantibus, agrestibus, cicuribus, feris, primum ut<sup>59)</sup> se ipsae diligent — id enim pariter cum omni animante nascitur — deinde ut requirant atque appetant, ad quas se applicent eiusdem generis animantes<sup>60)</sup>; idque faciunt cum desiderio et cum quadam similitudine amoris humani: quanto id magis in homine fit naturā, qui et se ipse<sup>61)</sup> diligit et alterum anquirit, cuius animum ita cum suo misceat, ut efficiat paene unum ex duobus?

Cap. XXII. §. 82. Sed plerique perverse, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt: quaeque ipsi non tribuunt amicis, haec<sup>62)</sup> ab eis desiderant. Par est autem, primum ipsum<sup>63)</sup> esse virum bonum, tum alterum similem sui quaerere. In talibus ea, quam iamdudum tractamus, stabilitas amicitiae confirmari potest, quum homines benevolentia coniuncti primum cupiditatibus iis, quibus ceteri serviunt, imperabunt; deinde aequitate iustitiaque gaudebunt omniaque alter pro altero suscipiet<sup>64)</sup>, neque quidquam<sup>65)</sup> unquam nisi honestum et rectum alter ab altero postulabit; neque solum colent inter se ac diligent, sed etiam verebuntur. Nam maximum ornamentum amicitiae tollit, qui ex ea tollit verecundiam. §. 83. Itaque in iis perniciosus est error, qui existimant, libidinum peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. Virtutum amicitia adiutrix a natura data est, non<sup>66)</sup> vitiorum comes, ut, quoniam solitaria non posset<sup>67)</sup> virtus ad ea, quae summa sunt, pervenire, coniuncta et consociata cum altera perveniret. Quae si quos inter<sup>68)</sup> societas aut est aut fuit aut futura est, eorum est habendus ad summum naturae bonum optimus beatissimusque comitatus. §. 84. Haec est, inquam, societas, in qua omnia insunt quae putant homines expetenda, honestas, gloria, tranquillitas animi atque iucunditas: ut, et<sup>69)</sup>, quum haec adsint, beata vita sit et sine his esse non possit. Quod quum optimum maximumque sit, si id volumus adipisci, virtuti opera danda est, sine qua nec amicitiam neque ullam rem expetendam consequi possumus: eâ vero neglectâ qui se amicos habere arbitrantur, tum se denique errasse sentiunt, quum eos gravis aliquis casus experiri cogit. §. 85. Quocirca — dicendum est enim saepius — quum iudicaveris<sup>70)</sup>, diligere<sup>71)</sup> oportet; non<sup>66)</sup>, quum dilexeris, iudicare. Sed quum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis et diligendis et colendis: praeposteris enim utimur consiliis et acta agimus, quod vetamur<sup>72)</sup> vetere proverbio. Nam implicati ultro et citro<sup>73)</sup> vel usu diurno vel etiam officiis repente in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione, dirumpimus.

Cap. XXIII. §. 86. Quo etiam magis vituperanda est rei maxime necessariae tanta incuria. Una est enim amicitia in rebus humanis,

---

59) cf. 623. 60) 78 extr. 61) se ipse; al. *se ipsum*. cf. 696  
extr. 62) 744 extr. 63) 608. 64) 367. 65) 799 Anm. 66) 781.  
67) posset; al. *potest*. cf. 545. 68) 324. 69) et, quum; al. *quum*.  
cf. 808 [809 ed. IX]. 70) *iudicaveris*; al. *iudicaris*. cf. 160. a.  
71) 608 extr. ed. IX. cf. Lael. §. 59. 61. 90. 72) 607. 73) 289.

de cuius utilitate omnes uno ore consentiunt: quamquam<sup>74)</sup> a multis ipsa virtus contemnitur et venditatio quaedam atque ostentatio esse dicitur. Multi divitias despiciunt, quos parvo contentos tenuis victus cultusque delectat; honores vero, quorum cupiditate quidam inflammatur, quam multi ita contemnunt, ut nihil inanius, nihil esse levius existent! Itemque cetera, quae quibusdam admirabilia videntur, permulti sunt qui pro nihilo putent. De amicitia omnes ad unum idem sentiunt, et ii, qui ad rem publicam se contulerunt, et ii, qui rerum cognitione doctrinaque delectantur, et ii, qui suum negotium gerunt otiosi<sup>75)</sup>, postremo ii, qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam, si modo velint aliqua ex parte liberaliter vivere. §. 87. Serpit enim, nescio quomodo<sup>76)</sup>, per omnium vitas<sup>77)</sup> amicitia; nec ullam aetatis degendae rationem patitur esse expertem sui. Quin etiam si quis ea asperitate est et immanitate naturae, congressus ut<sup>78)</sup> hominum fugiat atque oderit, qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem<sup>76)</sup> accepimus; tamen is pati non possit, ut non anquirat aliquem, apud quem evomat virus acerbitatis sua. Atque hoc maxime iudicaretur, si quid tale posset contingere, ut aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret et in solitudine<sup>77\*)</sup> uspiam collocaret atque ibi suppeditans omnium rerum, quas natura desiderat, abundantiam et copiam, hominis<sup>66)</sup> omnino adspiciendi potestatem eriperet. Quis tam esset ferreus<sup>78\*)</sup>, qui eam vitam ferre<sup>78\*)</sup> posset, cuique non auferret<sup>78\*)</sup> fructum voluptatum omnium solitudo? §. 88. Verum ergo illud est, quod, a Tarentino Archyta, ut opinor, dici solitum, nostros senes commemorare audivi ab aliis senibus auditum: *Si quis in caelum ascendisset naturamque mundi et pulchritudinem siderum perspexisset, insuavem illam admirationem ei fore, quae iucundissima fuisset, si aliquem<sup>79)</sup>, cui narraret, habuisset.* Sic natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquod tamquam adminiculum annititur: quod in amicissimo quoque<sup>80)</sup> dulcissimum est.

Cap. XXIV. Sed quum tot signis eadem natura declareret<sup>81)</sup>, quid velit, anquirat, desideret, obsurdescimus tamen nescio quomodo<sup>76)</sup>, nec ea, quae<sup>82)</sup> ab ea monemur, audimus. Est enim varius et multiplex usus amicitiae, multaeque causae suspicionum offenditionumque dantur, quas tum evitare tum elevare tum ferre sapientis<sup>83)</sup> est. Una illa sublevanda offensio est, ut et veritas in amicitia et fides retineatur: nam et monendi amici saepe sunt et obiurgandi, et haec accipienda amice, quum benevole fiunt<sup>84)</sup>. §. 89. Sed nescio quomodo<sup>76)</sup> verum est, quod in Andria familiaris meus dicit:

*Obsequium amicos, veritas odium parit.*

74) quamquam; al. *namque*. cf. 341. Anm. extr. 75) otiosi; al. *otiose*. cf. 682. 76) 553 extr. 77) vitas; al. *vitam*. cf. 92. 78) congressus ut; al. *ut congressus*. cf. 356. 77\*) in solitudine; al. *in solitudinem*. cf. 489. 78\*) 822. 79) 708. 2. 80) 710. b. 81) 577. extr. 82) 385. 83) 448. 84) 579. Anm.

Molesta veritas, si quidem<sup>85)</sup> ex ea nascitur odium, quod est venenum amicitiae; sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens praecipitem amicum ferri sinit. Maxima autem culpa in eo, qui et veritatem aspernatur et in fraudem obsequio impellitur. Omnis igitur hac in re habenda ratio et diligentia est: primum, ut monitio acerbitate, deinde ut obiurgatio contumelia careat. In obsequio autem — quoniam Terentiano verbo lubenter ultimur — comitas adsit; assentatio<sup>86)</sup>, vitiorum adiutrix, procul amoveatur, quae non modo<sup>86)</sup> amico, sed ne libero quidem digna est: aliter enim cum tyranno, aliter cum amico vivitur. §. 90. Cuius autem aures veritati clausae sunt, ut ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est. Scitum est enim illud Catonis, ut multa: *melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur: illos<sup>87)</sup> verum saepe dicere, hos nunquam.* Atque illud absurdum, quod ii, qui monentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt; eam capiunt, qua debent vacare. Peccasse enim se non anguntur; obiurgari moleste ferunt: quod contra oportebat<sup>88)</sup> delicto<sup>89)</sup> dolere, correctione gaudere.

Cap. XXV. §. 91. Ut igitur et monere et moneri proprium est verae amicitiae, et alterum libere facere, non aspere, alterum patienter accipere, non repugnante: sic habendum est, nullam in amicitiis pestem esse maiorem quam adulationem<sup>90)</sup>, blanditiam, assentationem. Quamvis<sup>91)</sup> enim multis nominibus est hoc vitium notandum levium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia; nihil ad veritatem. §. 92. Quum<sup>92)</sup> autem omnium rerum simulatio est vitiosa — tollit enim iudicium veri idque adulterat — tum amicitiae repugnat maxime: delet enim veritatem, sine qua nomen amicitiae valere non potest. Nam quum amicitiae vis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus: qui<sup>93)</sup> id fieri poterit<sup>94)</sup>, si ne in uno quidem quoque unus animus erit idemque semper, sed varius, commutabilis, multiplex? §. 93. Quid enim potest esse tam flexible, tam devium, quam animus eius, qui ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum convertitur?

*Negat<sup>95)</sup> quis? nego: ait? aio: postremo<sup>96)</sup> imperavi ego-met mihi,  
Omnia assentari,*

ut ait idem Terentius; sed ille sub Gnathonis persona: quod amici genus adhibere omnino levitatis<sup>97)</sup> est. §. 94. Multi autem Gnathonum<sup>98)</sup> similes quum sint loco, fortunâ, famâ<sup>99)</sup> superiores, horum est assentatio molesta, quum ad vanitatem accessit auctoritas. §. 95. Secerni autem blandus amicus a vero et internosci tam<sup>300)</sup>

85) 346. 86) 724. b. 87) 700. 88) oportebat; al. *opoperet* cf. 518. 89) 452. 90) 603. 2. ed. IX. 91) 574. Anm. ed. IX. 92) 723. 93) 133. Anm. 94) poterit; al. *potest*, cf. 509. 95) 780. 96) cf. 727. extr. 97) 448. Anm. 1. extr. 98) 411 extr. 99) 457. 300) 725. ed. IX.

potest, adhibitâ diligentia, quam omnia fucata et simulata a sinceris atque veris. Concio, quae ex imperitissimis constat, tamen iudicare solet, quid intersit inter popularem, id est, assentatorem et levem civem, et inter<sup>1)</sup> constantem, severum et gravem. §. 96. Quibus blanditiis C. Papirius nuper influebat in aures concionis, quum ferret legem de tribunis plebis reficiendis! Dissuasimus nos. Sed nihil de me: de Scipione dicam libentius. Quanta illi, dii immortales! fuit gravitas, quanta in oratione maiestas! ut facile ducem populi Romani, non comitem dices. Sed affuistis, et est in manibus oratio. Itaque lex popularis suffragiis populi repudiata est. Atque, ut ad me redeam, meministis, Q. Maximo fratre Scipionis et L. Mancino consulibus, quam popularis lex de sacerdotiis C. Licinii Crassi videbatur<sup>2)</sup>: cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur. Atque is primus<sup>3)</sup> instituit in forum versus agere cum populo: tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium, nobis defendantibus, facile vincebat. Atque id actum est praetore<sup>4)</sup> me, quinquennio ante quam consul sum<sup>5)</sup> factus. Ita re magis quam auctoritate causa illa defensa est.

Cap. XXVI. §. 97. Quod si in scena, id est, in concione, in qua rebus fictis et adumbratis loci<sup>6)</sup> plurimum est, tamen verum valet, si modo id patefactum et illustratum est; quid in amicitia fieri oportet, quae tota veritate perpenditur? in qua nisi, ut dicitur, apertum pectus videoas, tuumque ostendas: nihil fidum, nihil exploratum habeas<sup>7)</sup>; ne amare quidem aut amari, quum, id quam vere fiat, ignores. Quamquam<sup>8)</sup> ista assentatio, quamvis<sup>9)</sup> perniciosa sit, nocere tamen memini potest, nisi ei, qui eam recipit atque in ea delectatur. Ita fit, ut<sup>10)</sup> is assentatoribus patefaciat aures suas maxime, qui ipse sibi assentetur et se maxime ipse delectet. §. 98. Omnino est amans<sup>11)</sup> sui virtus; optime enim se ipsa novit, quamque amabilis sit, intelligit: ego autem non de virtute nunc loquor, sed de virtutis opinione. Virtute enim ipsa non tam multi praediti esse quam videri volunt. Hos delectat assentatio; his fictus ad ipsorum voluntatem sermo quum adhibetur, orationem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant. Nulla est igitur haec amicitia, quum alter verum audire non vult, alter ad mentiendum paratus est. Nec parasitorum in comoediis assentatio [nobis] faceta videretur, nisi essent milites gloriosi.

*Magnas vero agere<sup>12)</sup> gratias Thais mihi?*

Satis erat<sup>13)</sup> respondere: *magnas; ingentes*, inquit. Semper auget assentator id, quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. §. 99. Quanobrem, quamvis blanda ista vanitas apud eos valeat, qui ipsi illam allектant et invitant; tamen etiam graviores constantioresque admonendi sunt, ut animum advertant, ne callida

1) 745. 2) 553. 3) al. *primum*. 4) 674. 5) sum; al. *sim.* cf. 576. 6) 432. 7) 524. Ann. 1. 8) 341. Ann. extr. 9) 574. 10) 621. a. 11) 438. 12) cf. 609. 13) 518.

assentatione capiantur. Aperte enim adulantem nemo non <sup>14)</sup> videt, nisi qui admodum est excors: callidus ille et occultus ne se insinuet, studiose cavendum est. Nec enim facillime agnoscitur, quippe qui etiam adversando <sup>15)</sup> saepe assentetur <sup>16)</sup>, et litigare se simulans blandiatur atque ad extremum det manus vincique se patiatur, ut is, qui illusus sit, plus vidisse videatur. Quid autem turpius quam illudi? Quod ne accidat, cavendum est, ut in Epiclero:

*Hodie me ante omnes comicos stultos senes*

*Versaris atque emunxeris lautissime.*

§. 100. Haec enim etiam in fabulis stultissima persona est improvidorum et credulorum senum. Sed, nescio quo pacto, ab amicitiis perfectorum hominum, id est, sapientium — de hac dieo sapientia, quae videtur in hominem cadere posse — ad leves amicitias deflexit oratio. Quamobrem ad illa prima redeamus eaque ipsa concludamus aliquando <sup>17)</sup>.

Cap. XXVII. Virtus virtus <sup>18)</sup>, inquam, C. Fanni, et tu, Q. Muci, et conciliat amicitias et conservat. In ea est enim convenientia rerum, in ea stabilitas, in ea constantia: quae cum se extulit et ostendit lumen suum et idem adspexit agnovitque in alio <sup>19)</sup>, ad id se admovet vicissimque accipit illud, quod in altero <sup>19)</sup> est; ex quo exardescit sive amor sive <sup>20)</sup> amicitia. Utrumque enim dictum est ab amando; amare autem nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quaesita <sup>21)</sup>: quae tamen ipsa efflorescit ex amicita, etiam si tu eam minus secutus sis <sup>22)</sup>.

§. 101. Hac nos adolescentes benevolentia senes illos L. Paullum, M. Catonem, C. Gallum, P. Nasicam, Ti. Gracchum, Scipionis nostri sociorum, dileximus: haec etiam magis elucet inter aequales, ut inter me et Scipionem, L. Furium, P. Rupilium, Sp. Mummius: vicissim autem senes in adolescentium caritate acquiescimus <sup>23)</sup>, ut in vestra, ut in Q. Tuberonis; equidem etiam admodum adolescentis P. Rutilii <sup>24)</sup>, A. Virginii familiaritate delector. Quoniamque ita ratio comparata est vitae naturaeque nostrae, ut alia aetas oriatur ex alia; maxime quidem optandum est, ut cum aequalibus possis, quibuscum <sup>25)</sup> tamquam e carceribus emissus sis, cum eisdem ad calcem, ut dicitur, pervenire. §. 102. Sed quoniam res humanae fragiles caducaeque sunt, semper aliqui anquirendi snnt, quos diligamus et a quibus diligamur: caritate enim benevolentiaque sublata <sup>26)</sup> omnis est e vita sublata iucunditas. Mihi quidem Scipio, quamquam est subito ereptus, vivit tamen semperque vivet: virtutem enim amavi illius viri, quae extincta non est. Nec mihi soli <sup>27)</sup> versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui, sed etiam posteris erit clara et insignis. Nemo unquam animo aut spe maiora suscipiet, qui sibi non illius memoriam atque imaginem proponendam putet. §. 103. Equidem ex

14) 755. 15) 667. 16) 565. 17) 789. 18) 821. 19) 141.  
20) 339 extr. 21) 638. 22) 524. 23) 416. 24) 783. 25) qui-  
buscum; al. cum quibus cf. 324. 26) 642. 27) 687.

omnibus rebus, quas mihi aut fortuna aut natura tribuit, nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis possim<sup>28)</sup> comparare. In hac mihi de re publica consensus, in hac rerum privatuarum consilium, in eadem requies plena oblectationis fuit. Nunquam illum ne minima quidem re offendii, quod<sup>29)</sup> quidem senserim; nihil audivi ex eo ipse, quod nolle; una domus [erat], idem victus isque communis; neque solum militia, sed etiam peregrinationes rusticationesque communes.

§. 104. Nam quid ego de studiis dicam cognoscendi semper aliquid atque discendi? in quibus remoti ab oculis populi omne otiosum tempus contrivimus. Quarum rerum recordatio et memoria si una cum illo occidisset, desiderium coniunctissimi atque amantissimi viri ferre nullo modo possem. Sed nec<sup>30)</sup> illa extincta sunt, aluntur potius et augentur cogitatione et memoria: et<sup>30)</sup>, si illis plane orbatus essem, magnum tamen afferret mihi aetas ipsa solatum; diutius enim iam in hoc desiderio esse non possum. Omnia autem brevia tolerabilia esse debent, etiam si magna sunt. Haec habui, de amicitia quae dicere<sup>28)</sup>. Vos autem hortor, ut ita virtutem locetis, sine qua amicitia esse non potest, ut eâ exceptâ nihil amicitia praestabilius putetis.

28) 562. 29) 559. 30) 338 extr.

Laocon  
Solemn  
Ecce at  
(Horres  
Incumb  
Pectora  
